



138,

a. 138

M. 325






Liber primus Epistolarum nouissimarum. p. Candidi conti-
net epl'as xxviii.

p. candidus. Simonino giglino salutem
 p. candidus. francisco pigolpasso Mlnsi presuli
 p. candidus. petto cotte ducali secretario
 Andreas bartolomeus imperialis. p. candido
 p. candidus. andree bartolomeo imperiali salutem
 Andreas bartolomeus imperialis. p. candido
 p. candidus. Gaiio antonio ducali camerario
 p. candidus eidem Gaiio antonio
 Johannes anthonius vicomercatus. p. candido
 p. candidus. Johanni antonio
 Andreas bartolomeus imperialis. p. candido
 p. candidus. Aluisio crotto
 Gneus pompeius senatui romano salutem
 Andreas bartolomeus imperialis. p. candido
 p. candidus. Aluisio crotto
 Ambrosius monachus. p. candido
 p. candidus. ambrosio monacho
 Mafeus regius. p. candido
 p. candidus. Nicolio arcembolo
 Nicolaus arcembolus. p. candido
 Nicolaus idem. p. candido
 Johannes aurispa. p. candido
 p. candidus. francisco barbaro
 pogius florentinus. p. candido
 p. candidus. Nicolao nicoli florentino
 p. candidus. Alberto constabili militi
 p. candidus. genoni castellioneo baiocensi ep'o
 p. candidus. Guarino Veronensi oratori salutem

T. G. f. v.



P. candidi de ambrosio oratoris in libro epistolarum nouissimarum primo ad simoninum giglinum ducilem Secretarium prologus incipit

Si amicis bona tribuenda existimant Simonine carissime meo iudicio bene existimant. Quis enim aliter nisi qui se plane in humanum duci uelit. Que uero ea maxime habenda sit non absurda illa quidem apud plures est dissensio. Michi quidem animo uolenti que nam bona amicis tribuenda sint nichil tam in proutu sese offert quam ea prebere omnia que sibi quisque ab alio uelit fieri. id utrum aurum sit an ebur disceptent Stoici. qui commoda a bonis multiplici uerborum cura distinguere. Tibi uero eruditissime uir amicitie nostre decus ea mihi que animo tuo non ingrata fore credidi. queque omni auro cenlebam preferenda. Nichil enim antiquius apud te fama et dignitate fuit unquam. quod optime michi uideris instituisse. Reliqua etenim que uulgo bona uocitari solent quamquam ad modum iocunda sint uilescunt tamen si cum ueris et eternis bonis comparentur. quorum profecto nullum apud homines uirtute est illustrius. Composui itaque nuper nonum opus epistolarum tuo nomine cum sparsim apud me prius legerentur. ut habes cum quo te oblectes aliquando a curis uacuis. In quo illud uel imprimis considerandum reor scripsisse me simpliciter ac libere ut inter amicos solet non tanquam ad censors ac iudices nostrorum studiorum. Scire enim debes nulli etati liuorem defuisse. sed ut soli nubes sic uirtuti inuidiam plerumque obstitisse. Tu igitur qui uite elegantia qui integritate non minus quam bonarum artium studio excellis hoc munusculum licet incomptum leto animo suscipies minor amicitie nostre quam sola uirtus sola caritas nulla conciliauit utilitas. uale

P. candidus francisco pigolpasse Mediolanensi presuli salutem

Perlegi panegyricum plinij nostri nec uiuisse semel contentus denuo relegi totum. Nichil est illo opere perfectius. Nichil pulcrius. Nichil ornatius. ut non iniuria sepe numero michi sitim excitarit epla sua quam uocatio romano conscripsit. Quamquam frustra desiderio enitebar in tua diligentia uirtute humanitate e tenebris erutus arescentem animum diuine laudis oratione mitigasset. gratias itaque uberrimas refero dignitati tue cuius opera effectum est ut orpheus noster ex inferis rediret denuo. Et utinam uel tales laudatores haberet etas nostra uel principes huiusmodi laude dignissimos. Vale

P. candidus petro cotte. d. Secretario salutem

Tam morigerus es petre mi iocundissime ac tanta suauiloquentia me compellas ut litteris tuis non dicam respondere sed ne hilcere quidem ausim. Gaudeo equidem tantum humanitati

Secreti

uult errores suos defendere

mentis quod res suas cogit

ac bonarum artium in te speciem esse ut me fratrem tuum patrem appel-
 les. et ne quid iocundo tibi desit etiam preceptorem nomines paucioribus
 michi crede blanditiis quicquid uoles a me consequaris licet. Amo enim
 te mirifice ad quem amandum tua singularis moucit probitas uirtus
 humanitas. etiam suauitas me compellit. Nunquid tibi uideor patrem
 tuis laudibus calculum posuisse. Habes igitur unde non michi sed
 urbanitati tue gratias referas que te tantopere laudari facit et diligi.
 vale.

Andreas bartholomeus imperialis Iuriconsultus . p. canonicus

Oblectarunt me littere tue suauissime et eruditissime canonicus ita
 ut ego uicem maximi muneris offerri michi putem quociens
 illas aspicio. quas ut crebras atque copiosas ad me des mag-
 num modum precor si michi rem gratam iocundam et acceptam rei-
 uis. Illos et preterea peregrine historie libros quos ad arcem boloum et
 castellioneum confecisse diceris ut uideam facito. Ardeo quippe miro
 et incredibili desiderio res tuas uisendi. quas et cum uoluptate plurima
 lego et amplissimo etiam fructu perlego. Nunquam enim ut Terentius
 noster inquit ad te accedo quin abeam doctior. Res enim tue luculen-
 te sunt copia et ornatu plene. sed quod ego pluris facio sententiarum pon-
 dere graues et mature omnisque antiquitatis et uerborum innata qua-
 dam proprietate decore. Crede michi canonicus doctissime et si inter re-
 liquos qui in italia sunt uiros prestantissimos et his humanitatis
 studions deuota collationes septem numero ambigue fiant multaque inter
 se de excellentia et prioritate certare uideantur inter insubres ta-
 men et eis alpinos gallos ego tibi mouebit palmam. Quare neque
 mirum tibi uideri debet si ego tuis inscribi litteris cupio. Sum enim ut
 plerique hominum glorie cupientissimus. unde cum opera tua eterna
 fieri debere confidam non ab re nomen meum tuis diuinis operibus
 illustrari ambiciose plurimum efflagito. Queris quid agam ego ut
 uides litibus uersor et de finium reguntorum iudicio cum aduersa-
 riis controuersiam duco. Quantulum tamen michi omnino possum tem-
 porisque subripere id totum studiis impendo. Ea autem que ago que co-
 gito que scribo adeo ieiunia inepta frigida et parum culta sunt ut
 uereor in publicum dimittere ne doctissimorum hominum oculos of-
 fendant neue in mordaces detrahentium et uerba captantium dentes
 incidunt. tuas tamen non formidabo aures quas non dubito non qui-
 dem leere sed placare potius et lenire et quod esset incultum aridum
 uel corruptum ex humanitate tua corrigere et emendare. Scripsi pri-
 orie ad spectatum carolum lomellinum nostre pontice classis prefectum
 epistolam quandam quam tue censure emendandam ad te tradam. cu-
 primum frivolum muncium habuero panegiricum etiam quoddam /
 prius eodum ad illustrem leonellum estensem pro laudibus epistolarum
 suarum et artis oratorie in cepi etiam uenetis opus uidelicet apolo-

o stultissime q huc
 Terentii loci no
 intelligit.

Terentius

ab opib; eoz cogitans eoz

Carulus lomellin

Illustris leonellus

geticum pro lactantio . aduersus criminatores suos . quod opus explet nequeo
nisi libros aliquos habeam . quorum in hac regione magna inopia est . Orati
onem illam leonardi arretini nusquam habere potui . Tu uero quod spondo
ti fac expleas et huius desideratissimi uoti me compotem facias / si me
amas . Vale .

P. candidus Andreæ bartolomeo Imperiali Iuriconsulto

Oblectarunt quidem non minus me tue littere uix optime et celsissi
me . Sed profecto tue laudes ita uberes et iocunde sunt ut michi met
arrideam . Gaudeo me hercle ut a te scripti laudari a laudato uiro .
Quam et ingenium meum et humanitatem tuam noui . Studes ut op
timus es / et omni profecto laude dignissimus sponte currenti calcas ad
dicere . Sed nullum presertim excitationis genus illustrius / quam si eplam
tuam maritimam / si pangiricum / si apologeticum illum inchoatum ui
deam opera et enim tua intuens te uidere / simulque huiusmodi opus
culis meis a te reuideri credo . am / sicque in amore mutuo . uersabimur .
cum aspectus respectus rogationes responsiones ut xenophon ait omnia
denique dulcia erunt . faciamque te uenno uoti compotem ut cupis . Vale

. xenophon .

Andreæ bartolomeus Imperialis . p. candido salutem

Beasti nos celsissime candide histuis iocundissimis litteris / prospa
principi nostro et felicia nuntiantibus . Tu uero post hac ne pre
termittas quin quaecumque scitu digna et maxime que secundos succes
sus preferunt nobis notiora facias . Nam nos / qui intra has euganeas
paludes iacentes nisi auferes et cinas audire solennis / amenis tuis littis
recreasti . Gratias agimus principi nostro / qui te in illum flamine
angulum relegauit . a quo nobis tam leta proueniunt . Bonis profecto
auiibus et letis aspicijs in illam prouinciam profectus es inquam
postea quam diuertisti non nisi omnia nobis ad uotum et fortunatis
sime contigerunt . At tu quantum tibi temporis superest elegan
tissime candide / id totum tibi ut soles assume et uendica nec paciã
ris otio torpere delidiaue marcescere . et ad exercitationem tuam redi
memor catonis nostri censori dicentis uitam nostram uti ferrum
esse / si exerceas conteritur . si non exerceas rubigo interficit . Torpedo ta
men plus detrimenti facit quam exercitatio . fac ut aliquod iuxta mo
res tuos ornatum opus hac tua legatione conficias . siue hystoriam /
scripturis siue poemã siue et rem feriam . que philosophiã disciplinã
sapiãt . scribas dummodo id michi ad uoluptatem non exiguam et
tæcus ascribam . si studiã mea . aliqua tui nominis descriptione deco
raueris et ut aiunt eternitati consecraueris . Quod si feceris nichil
michi suauius . nichil antiquius . nichil gloriosius poteris efficere .
Vale candide suauissime . et te amari a me spondeas tibi uelim .

. flamma .

. Cato censorius .

. Torpedo .

P. candidus . Gaiō Antonio salutem

Tva profecto uoluntas magnopere laudanda et extollenda est Gai +
prestantissime . cum litterarum studio adeo exortus sis et affectus
ut melior in ceterum magni existimes et que ipse summe concupiscis
mea imprimis ope assequi confidas . Id enim a natura ita comparatum
reor . ut omnes que uelimus ea facile adipisci posse speremus . Atque uti
nam honestissimo tuo desiderio . ut amicitie nostre paritas meretur .
ita qui rem satifacere . Nulla quippe in re aut liberius aut iocundius
omnem curam laboremque contulerim . Quamquam nec me preterit gra
tia et honore apud principem nostrum ualere plurimum / quibus rebus
sum ipse multo inferior uel potius tecum nullo modo conferendus
uerum cum uirtutis proprium et singulare decus sit sumos infinis
non fortuna . sed iudicio caritateque coniungere liberius morem geram
tue uoluntati . Tu modo enitere ut uel qualem haberi cupis uirtute
tua efficias . uel me obsequio magis tuo . quam iudicio putes paruille
Vale

P. candidus Gaiō Antonio salutem

Letor ingenio tuo . letor studio ac uirtute quam ut diutim magis
imiteris mirum te in modum non hortor tantum sed exoro . Nul
la res a tam honesto pioque desiderio te deterreat . sit diligentia tibi comes
hortator animus . instructrix assiduitas . ut que uelle ex te debet per te op
tate iam incipias . sic enim gloriam quam affectas et laudem assequeris
Nam ea uera prelia sunt uite que a studio litterisque proficiscuntur .
audi theophrastum uirum illustrem . asserentem . uictum ex omnibus
solum neque amissis familiaribus et necessariis inopem amicorum sed
in omni ciuitate esse eueni difficileque fortune sine timore despiciere
posse casus . Vale .

Johannes Antonius uicomercatus clauo uero . p. candido salutem

Singulares et innumerabiles uirtutes tuas . que me per sepe in ad
mirationem . et ad modum grandem perducere solent ipse mecum
metiar . et diligenter ponderem . nichil est clarissime candido quo te non
iudicem uirum prudentissimum hac nostra tempestate florere . et aliis ne
que id in uita dictum esse putent . si qui sunt facile preponendum . Et
hanc dubito quin te antiqui nostri uiri illustres . a quibus hec omnia
singularia opera que nobis ante oculos extant tradita fuere in collega
suis recipere . teque recepto et gaudent et tuas istas uirtutes summe
admirarentur . Quid enim in te est quod non utilitati honori que esse
possit . Quod enim in te uicium . quod morbi genus . aut inueniri aut
excogitari possit . profecto si quisquam uir bonus recte de te iudicare uo
luerit . te humanum optimum uirtuosissimumque esse non dubitabit uerbis co
stantibus asseuerare . Es enim mi candido ut sepe audiui inuictissimi
mo principi nostro gratissimus . quam rem non fortuna meo quidem
iudicio . sed uirtute potius tua qua optime preeditus es tibi euenisse

Virtus .

Mentis . nam et alij
etiam nra eleganter

Vicium nempe
iactationis .
etiam gloriose

arbitror. Est enim princeps ille noster inuictissimus probus hominum esti-
 mator. tum illorum qui aut bello aut litteris optime ualent. tum etiam il-
 lorum quorum industria canes et aues alere et instruere idonea est. Sed
 preter ceteros ille ipse uiros et togatos et litteratissimos et grauissimos ma-
 gnificat extollitque. in quorum numero te esse. nemo est qui nesciat. ex-
 tant enim apud nos pleraque tua opuscula clarissime. Candide. que pro-
 fecto uir quisque eloquens et preclara et memoria digna esse predicat. In
 quibus sententias grauissimas. suauitatem dicendi incredibilem. et ora-
 denique que in eleganti et accurata oratione requiri solent omnes eloquentes
 admirantur. et uno ore sic esse confirmant. Sed in presentiarum meum
 non est clarissime candide. aut te. aut opera tua laudibus extollere. cum
 hec oratorem et eruditum et summe probatum pro tuis tantis uirtutibus
 exoptulent. Non is ego sum qui tam temere hanc michi prouintiam
 assumere uelim. Sed hoc tamen tue laudi esse certe scio. cum non solum
 eruditissimi uiri. uerum etiam multae laudes tuas reticere non possint.

par. uolendoy
 Improprietatem

Ab opibz coz
 gnoscentis coz

N unquam igitur mi clarissime candide tempus uacuum hactenus dari po-
 tuit quo te non amarem. ac reuerentis fuerim in modum. nec minus
 rerum tuarum cupidissimus. semper extiti que quidem omnium moti-
 tio. antiquitatem ipsam mirifice recolent. Ea igitur ex te candide
 mi te magnopere rogo ut ad me quam primam orationem tuam mittas.
 quam nuper composuisse diceris contra illam arretini. quam de
 laudibus florentie scripserat. aliarum enim suauitas facit ut hanc ui-
 denti desidero maxime afficiam. ex qua et doctior fiam et incredibili
 meo erga te amore iocundus abeam. Quam si ad me miseris ad te
 mittam repetitionem. seu maius tormentum aut priuilegium
 Magni canini cocorum principis nostri quarum rerum tu cupidis-
 simus esse uidebaris cum una tecum essem in magna nostra me-
 diolani urbe. In illis enim sententias grauissimas. Eluonum morem
 iocunditates infinitas tu te esse perspicies et pleno ore grataberis. Et
 ut scio illarum auctoris elegantiam. uirtutes et ingenium mirabile
 sum opere commendabis. Earum autem auctorem extitisse uigolinum
 parmensem te non preterit uirum profecto lingularem et omni uir-
 tute undique perfectum. cuius ingenium et ego admiror et grauissi-
 mi uiri magnificiunt. Neque ulli dubium est quin huic uiro illa fa-
 cillime attribui possint. que cuique optimo et uniuersali attribuenda
 merito forent. Commemorarem hoc loci profecto. Clarissime candide
 aliqua uirtutum suarum iudicia. nisi tibi et uiro cuique litteratissi-
 mo cognita essent. Taceo facilius etiam ne uulgares me ea com-
 morare putent potius pro amore meo in hominem incredibilem. ac
 societate nostra quam pro ueritate ipsa. Vale eloquentie princeps. lit-
 teras enim tuas una cum oratione prope diem summa cum iocunditate
 expecto. Vale iterum meque tuum esse ne dubites.

Qua inopuay
 multatida

ai summa quoy
 multatida

oia multatidoy
 plena

. de laudibz mediola^{bz}.

. Vigolinu parmensis.

p. candidus Johanni Antonio ricomercato salutem

Ex manu genitoris tui uiri optimi et clarissimi epistolam suscepi tuam. plenam omni uenustate et dignitate et que non mediocri eloquentie stilum sapiat uellem tamen uel minimam partem uirtutis michi inesse quam commemoras non fortunatus solum sed felix michi uideret laudari a tam benemerito et laudato acolescente. Sed profecto non inditium tuum sed amor ut puto te retinet. et que optima ex me cupis tibi ipsi potiora perluades. et unam condigna sint uotis tuis. dicam tamen que sentio et fortasse breuius quam res tanta desiderat ne assentatoris nomen suspitiosum tibi sit. Si que stilo accepisti. et hac dicendi facilitate allueta prosequeris. nec tibi ipsi et ingenio tuo desis. uideo ex te bonarum artium optimam legerem. breui tempore eloquentie rore perfusam reuolscere. et nomen tuum non parenti solum celeberrimo et inclito uiro gaudio futurum. sed posteritati quoque non mediocrem laudem allaturum. Cum nichil sit quod uigis diligentia ingenii uiribus fulta non pareat. Quod ad me attinet et laudes meas uereor ne leuius scripsisse uidear. si assensum dictis tuis prestem. aut morosius si dissentiam. Quis quid est aut ingenii aut eloquentie in uine tua uoce aut aliorum uerbis attributum. Amori in puto. qui in omni re in hac potissimum perdifficili. acro aciem plerumque impedit et ueri iudicii hostis est. ut nichil eque ac desicatio suo afficiatur. Tu uero eloquentissime frater hunc bene instituti animi tui impetum libens immittere. et si quos uirtute dignos putas tua sua uoloquentia ac humanitate adscribendum excita. ut ex se si qualis arbituri sint non satis uideant. At ingenio tuo sentiant. Sed hec aliquando liberius dicentur a me. Orationem autem requiritam et alias pollicitam tibi debeo et mittam eum primu per necessitudines meas transcribendi tempus aderit utquam celerrime uoto potiaris tuo. nec minus exhortamentum illius uoluntati tui cocu perlibenter me lecturum spondeo. uideri uideor quid me dicitur ille per illustri ingenii parmenis tuus. Tanta uis non patitur angustias. et nomen celebre tenebras abhorreret. Sic fatiundum est tunc qui uirtutem imitati ex quacumque re qualibet tenui famam norunt elicere. Vale et me ut polliceris ama.

Amor

Andreas bartolomeus Imperialis p. candido salutem

Quam pridie ad te dare pollicitus fueram epistolam ideo discussi cum librarius meus mediolanum diuertisset et quod te arduis in rebus occupatum noram Inougebam perpetuis laboribus tuis. Nunc uero paululum cum tibi oculi accessisset ex Masco nugiano nostro cognouerim oblectare te hac re incompta uolui ut tua amplius magnificas quanto reliquis omnibus excellere et prestare cognoueris. et in arce eloquentie positus cetera despicere uel emendare facillime possis. Vale et in si longiorem eplam tibi de uero importuno ac infesto huic tabellario ascribes qui neque corrigere illam neque hanc conscribere sua institi

properatione passus est :

P. candidus Aluisio certo salutem

Cum uetustissimū uocem nuperrime nactus studiose lectitarem et eo maxime q̄ plurima eluio sumpta animaduertentem. ex his potissimū libris qui iam pridem perierē. non mediocri me uoluptas tenuit contemplantem res non modo gloria et laude dignas uerum etiam uetustate ipsa admirandas. de quibus nulla aut certe minima apud nostros memoria extaret. Dum igitur huic studio intentus curiosius singula percurro epistolam offendi non in amenam aut inuilem et scriptoris pariter auctoritate per celebrem. Ea erat pompeii magni ad Senatum Romanum epla de cuius uiri memoria cum plura et alijs pauca a se scripta preuidissem ita cupidissime lectitare cepi ut delinere uix possem. Et ut apud optimū poetam scriptum extat.

pompeii magni

Nec uouisse semel satis est iuuat usq̄ morari et conferre graoum et ueniendi discere causas. Hanc igitur cum rite contemplaret uarie aīo affectus sum. Quippe oum uiri eloquentiam dignitatem uirtutes postremo querelas illas mente cogito subit recordatio non pauciora romanos ingenio ac prudentia qm̄ opibus potentiaq̄ comparasse. Non enim ut pleriq̄ arbitrantur inensum illud etiam auro opibusq̄ refertum ad tantas tamq̄ preclaras res ab illis gestis latissimacere potuisset. Sed erat profecto illis comi consilium foris moustru ut que opulentia perfici nequirent diuturnitate superarent. Cuz igitur te probe nossem et optimarum artium studijs ab adulescentia deotum et consilijs demum etate optima prouectum. statui te nostri laboris facere participem pompeianamq̄ epistolam tibi mittere. Nam et si maximis in rebus astrictus sis. non ceerit tamen ut opinor apud te recessus uere probitati. Quid enim iocundius qm̄ qui multos et optimos uiros assidue audias. in super prestantem uirum clarissimū Imperatorem audire differentem. his potissimū de rebus que non minus utilitatis qm̄ iocunditatis allature sunt tuis curis. Vale :

Gneus pompeius Magnus Senatu Romano salutem

Si aduersus uos patriamq̄ et deos penates. tot labores et pericula suscepissem. quot a prima adulescentia ductu meo scelestissimi hostes fusi. et uobis salus quesita est nichil amplius in absentem me statuissetis qm̄ adhuc agitis p. c. quem contra etatez proiectum ad bellum leuissimū cum exercitu optime merito. quantum est in uobis. fame miserima oum morte confecistis. Hac in spe populus romanus liberos suos ad bellum milit. hec sunt premia pro uulneribus et totiens ob rem publicam fuso sanguine. felis scribendo mittentoz legatos. omnes opes. et spes priuatas meas consumpsi cum interim a uobis per triennium uix annuus sumptus datus est. per deos imortales utrum censeatis me uicem etiam

Audacter. q̄ nulla in toto hoc volumine epla. est huic ofrenda. p̄ter fran̄ barbaui qui uerba illa imitat.

prestare. an exercitum sine frumento et stipendio habere posse. Equidem fateor me ad hoc bellum maiore studio quam consilio profectum. Quippe quod nomine meo Imperij a uobis accepto diebus quadraginta exercitum parauimus. hostesque in cernicibus iam Italiae agentes. ab alpiibus in Hispaniam summo per eas iter aliud atque Hannibal nobis opportunum ius patefecit. Recepi Gallias. pireneam Iacetaniam indigetes. et primum impetum Sertorii uictoris nouis militibus et multo paucioribus sustinui. hiememque in castris inter senissimos hostes non per oppida neque ex ambitione mea egi. Quae deinde praelia aut expeditiones hibernas oppida neque excisa aut recepta enumerem. quanto res plus ualent quam uerba castra hostium apud Sucronem capta et praelium apud flumen Ourium et dux hostium. G. berem cum urbe ualentia et exercitu caelesti. satis uobis clara sunt. pro quis o ingrati patres egestatem et famem redditis. Ita quoque meo et exercitui hostium par conditio est. namque stipendium neutri datur uictor quoque uterque in Italiam uenire potest. Quod ego uos moneo quaeque ut animaduertatis. non cogatis necessitatibus priuatim michi consulere Hispaniam citeriorem quae non ab hostibus tenetur. nos aut Sertorius ad interitionem uastauimus praeter maritimas ciuitates. et ultro nobis sumptui onerique Gallia superiore anno. Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit et tunc malis fructibus ipsa uix agit. Ego non rem familiarem modo uerum etiam fidem consumpli. Reliqui uos estis qui nisi subuenitis inuito et predicente me exercitus hinc et cum eo omne bellum Hispaniae in Italiam transgredientur.

Andreas Bartholomeus Imperialis Iurisconsultus p. candido

Impleuisti nos pridem tanta spe candidae uictissime ut nisi quod politus es exolueris. fidem profecto tuam accusabimus. Quare te precor ne patiaris fidem tuam abrogari. Rursum quia molesta est omnis prestolantibus mora festina si nos consolari cupis. Includi enim ut alias ad te scripsi. inter has cenosa et sordidas paludes. nichil iocundum nichil amenum nichil dulce sentimus aut gustamus. nisi cum aliquod nouum quod uel salubre nobis existimaueris uel his qui nos occurrunt ingratum. acceperimus. Secundo et deus haec felicia auspicia tua. quibus mense haec decembris exacti anni in Flaminiam demigrasti. Nos uero et si non parua neque tam prospera tibi possumus nunciare nisi cursu astra mutauerint. aliqua tamen et grata et scitu digna conscribere nitentur ut debiti quo tibi obnoxii sumus portuncula rependamus. Vale candidae suauium meum. Ex ferraria.

p. candidus Aluisio crotto salutem

Sensi uir clarissime ex quo epistolam ad te mihi Pompeia nam nonnullos quidem bonos. sed non satis eruditos uiros existimare illam quidem non a Pompeio cui inscripta fuerat. Verum aliquo temere dictante nuper editam et tibi falso transmissam fuisse. quorum

profecto diligentie uel potius maliuolentie ignoscendum arbitratu si ea
dem nunc primum in nostra studia non autem in omnem uitam et
mores exprobrassent. Verum enim uero id michi gaudio est huiusmo-
di habere emulos. qui nec uicinis fidant nec ualeant ingenio. Vtrum
ne illam nuper editam esse censent q̄ nouis litteris sit conscripta. An
q̄ potius eorum scripturis stiloq̄ respondeat. An q̄ elegantius ipsi dicta
re soliti. hec ut nouiori deterioraq̄ contemnant. Quid mirum igitur
huic ignauiē sordere omnia cui nec antiqua placent nec ornata. Ad
eciam quid his fidendum aut credendum qui de dicendi uenustate ista
iudicant se fumosa fuerint librorum tegmina non autem stilus ipse
dulcis sit aut splendorus. Sed ualeant illi ne digni quidem inter id est
principes cocorum ne dicam scriptores pom olitu perditio. ut autem pro
mea mente beniuolentia caritate aliquid efficere q̄ tibi nonnulla ex par-
te gratum esse posset uisum est epistolam illam cum auctoris nomine
tum stilo sententijsq̄ per celebrem ad te mittere. quam quidem ex anti-
quissimo et famosissimo uolumine francisci picolpassi presulis nostri
prestantissimi fideliter excerpti. ut quamq̄ per se stilo liqueat esse po-
tū testimonium tamen possit afferre uetus exemplar

Ambrosius monachus cananoulensis .p. candido salutem

Qui sit erga me affectus tuus plane perspicio. qui greca illa uolumi-
na tua michi tanto studio dono dare cupis que coram pollicitus
ante annos aliquot fueras. Ago gratias non solum magnas sed ingentes
huic beniuolentie in me tue uno pietati. At uix statuere possum liceat
huiusmodi munuscula suscipere que proficiscuntur ab amicis nec
ne. Nam cum iuxta uetus prouerbiū sint amicorum cuncta comia
non modo temporalia ista et peritura sed animus quoq̄ ac uoluntate
ip̄a. quis tandem in amicitia huius muneribus sit locus. An uero uiuat
totus cominos parte esse contentos. ut qui omnia cum amicis eque
possidemus. imo ip̄arum quoq̄ mentes iuris nostri facimus minima
ista preferamus. per quam sane indignè humiliterq̄ sentimus si in
amicis plus aliquid q̄m amicitiam ip̄am diligamus. imo aliud q̄ ami-
cciam requiramus. Quod si iudicia quedam amoris ac beniuolentie
hec esse dicimus ut horum conspectu que ab amicis accepimus in illo-
rum memoria gratius his lignis admoniti acquiescamus nec sic qui-
dem satis digne sentire de re tanta tanq̄m sacra uidebimur. Altius em̄
infixus esse amor uere germanus debet. q̄m ut his admoneri lignis
opus habeat. Concedamus tamen licito fieri. q̄ a maioribus nostris
seruatum semper meminimus. Itaq̄ ab amicis dona capiamus. ut et
ip̄a et que nostra sunt ip̄orum esse nouerimus hac ratione mouctus
humanissime Candide et uolumina hec tua libenter accipio. et ante
hec ip̄m te iuris mei esse gratulor meq̄ ip̄m et si qua sunt apud me
tibi cōdo. Vale ex heremo.

Vetus puerbiū

Attente amice

p. candido Ambrosio monacho salutem

Scripsisti proxime ad me rediiteque sunt michi littere tue inaeque huma-
nitati tue gratias ago. Greca autem uolumina querequis cum
penes me non essent exquisiui. Ex his partem tibi mitto. reliqua cum uo-
lueris parata habebis et ut puto potiora. Nam iob et Salomonis perpul-
cra sunt opera. item psalterium quo precipue genitor meus oblectari
solitus. Memini me puerulum adhuc. emanudem chrysoloram sepius
admiratum esse cum litteras grecas hac in urbe ediceret. fuit illi cum
patre meo summa familiaritas. Tanta itaque illi uirtutis emulatio bono-
rum caritas. litterarum studium merat. ut non hominem uidere. sed
angelum quempiam intueri se penumero existimarem. Huius igitur
preclari uiri he relique sunt et si semel et unce. e sacro tamen et uene-
rabili ore deducte que nulli iustius debentur quam tibi qui et uita prior
et scientia par omnibus bonis quasi speculum uirtutis habere. Accipi-
es autem hoc modicum quicquid erit incomptum. reliquum per Laurentii
medici uiri clarissimi nuncios si affuerint ut scribis destinabo. cui me
ut carum facias precor. Noui enim iampridem uiri famam. eiusque
calibus utpote inmeriti semper in gemui. et fortasse non inutilis hec bo-
no uiro peregrinato futura est quia et amicos noscere ab emulis liceat.
et melius fortune fidere Vale.

Chrysoloras

Mafeuus regius petra. p. candido salutem

Potuisi hactenus admirari taciturnitatem meam Candide sapien-
tissime. neque iniuria exiit quippe ut amorem quem tibi gerere
maximu litteris etiam non nunquam significarem meis. Quia postquam in
re peccauerim quid est quin contra uis amicitie nostre contra pollicita-
tionem denique meam peccatum sit. Sed ingentes occupationes mee qui-
bus admodum distractus fui faciunt ut omnem quemcumque est neg-
ligentiam meam expurgatam habeas. Magna siquidem ubi ab hinc
discessisti et a me cepta et deo tandem auctore perscripta sunt. que tibi
aliquando conicere proposueram. ubi in publicum aperire contigisset
sed honestiori quodam causa delitere adhuc ea passus fui. Interea sta-
tui non amplius tecum silere. Quocirca oportune factum est ut epitha-
phiu quod in lacrimabilem memoriam clarissimi presulis mediola-
nensis nuper edidi tibi mitterem pignus amoris nostri. monumentu
etiam illius uiri. quem scio amabas enixe atque obseruabas. accipe itaque
et conicato Bernerio et Raudensi quibus haud dubitem scripsit hec
sime cedet uoluptati. Tu uero mi Candide qui inter scriptores etatis
nostre et certissimus et probatissimus es nichil te moignum facies si
quid ex officina tua excudas in laudem eiusce uiri sempiternam. cuius
extinctione quantam omni immortales temporibus nostris desolatione
accepimus quantam studii nostri tristitiam perditionemque Nolo
amplius hinc imorari ne aures tuas elegantioribus studiis deditas hac in-
cepta dicendi ratione destineam. Vale ligustice. decus patrie

Epitaphium bartholomei de la capra archiepi Melensis

O Vem legis insubris presul clarissimus urbis.
Caprifer hac situs est bartholomeus humo.

Vir rarus preerat populis et iura ferebat.
Diua huic mens diuum iudiciumq; fuit.
Oratorq; suo uatesq; insignis in euo.

Insigni cætos auxit honore uiros.
Extinctum hunc magni reges fleuere ducesq;.

Testata est fletus patria tota suos.

Que ue uirum rapuit lacrimas basilea profudit.

Et quod cocilium cogeret ipsa sacrum.

Debuerant oure tantis perferre sorores.

Tardius et uite soluere pensa lue

Tunc tibi pax terris quam miro ardebat amore

Reddita tunc celo restituendus erat

Seo deus actutum sedes ornare supernas

Consultumq; suis maluit ire bonis

P. candidus Nicolao artemboldo Jurisconsulto salutem

Superum clementia ex ultimis ut aiunt terre finibus ad hanc urbem et quod magis ad rem pertinet sospes ad tereon cum uero de tua absentia mecum ipse stomacharet tacitus et uel amicis peregrinationes mea odio fore uel eorum occupationes michi nactus hunc uiato rem nolui de salute mea te amplius incertum cogere ut uicissim de tuis curis nonnulla presentialcerem. Trium igitur mensium spatio germanie potiores partes peruagatus sum. Et quicquid rheni fluminis illustrum oppidorum ripis situm est. uidi. eodem semper alueo lapsus ad hesperos. dembarbancie non ignobiles partes. ac flandrie. Belge quoq; pro uincie latissimos et inuberes campos peragravi. post rediturus ad ligures campanam galliam et allobrogum mequale solum fontibus madou et nubus hispidis alpes perreptavi. Sic demiq; ut orpheus ille trachius ex inferis ad superos emerit euridicem denuo non quesiturus occidua.

Tu uale tui demæ tuorum memor : /

Nicolaus artemboldus Jurisconsultus. p. candido salutem

Gaudio candide mi te ex ultimis gallie finibus ad nos reuisse sanu atq; eo magis gaudeo q; scio te hac legatione consecutum ut et pri cipis mandata potueris quod in te fuit exequi et eas presens aspiciere partes orbis quas tute aliquando descripseras. At quoniam in hoc tecu michi conuenit. ut uel in non cogitatione sed pedibus si fieri possit omne mundi latus excutere soletis te percunctor libens an tibi contingat quod michi non nunqm ubi mens. ad se se collecta uidetur in utra q; partem posse perspicere satis. Cum enim sciam non mutari mentem mutatione loci. ipsam quoq; peragrando libidinem ingentia terre spatia afferre pene tot pericula quor possunt euenire calus. et id tep

Orpheus

assumit totum sine studio litterarum. quo se ipsum uendicans homo detior et melior euadere possit. accuso me ipsum sepe. qui tunc summe michi strenuus uideor cum maxima me inertia uexat et exercet. Scio te non existimare illum inertem esse solum qui negotia fugitans in abortum concessit ut inquam uelit aurem oculos tormiat. Sed haud scio an magis eos qui nichil actu facientes potentia tamen non priuati id curant maxime. ne facere quicquam possint uel uolentes. Nam quid ego poterim non meo agere sed cogitare laude dignum. cum extrinsecus redeuntem me uenti non nunquam ad sidera usque tollerent non nunquam austris iactantibus imo mergerent furore uectum non qua uolebant nauate. sed qua uenti elabant quem uia tabula digitorum fere quatuor a morte distinguebant nauitantem. ac inuicantem parum interesse fluctibus obrueret an cum extis spiritum exalarem. Quod comum reuerso profuit hericem uidisse. uulcanus et hnam litantes audisse marinos canes. At uices memoria gestarum a te rerum quas tue mandauerat fidei princeps oblectauit et superasse calus illos aliquando inuit recordari. Nolo referre quod occurrit ne longius euagat modum excedam eple simul ne nimium uidear meipm dampnare. si fieri id non debere contendam quod ipse cupioissime ago. Tantum dixisse satis erit quanto possis intelligere magne michi fuisse uoluptati te sospitem ad nos remeasse. Cetere dicentur post hac si quanto presentibus huius generis sermones incidant. Vale mei quocumque gentium fueris memor. Ex ferraria.

Trinacria

Nicolaus arcemboldus Jurisconsultus p. candido salutem

Post scriptas ad te superiores meas quibus significabam neminem me comperisse qui tuo satiscere uoto posset de parte illa uite catonis quam de esse exemplari greco tuo scripseras. Comperi Johannem aurispama uirum grecis litteris eruditum adesse. ipsum itaque sum hortatus ut tui causa laborem non deuitaret transcribendam operis illius partem. que tibi deest. Ipse ut est humanus et officiosus obtulit se libens id facere. Curabo ut ad te quam primum mittatur quod scripserit uale.

Johannes aurispa p. candido salutem

Aolata michi quecumque latina sunt translata ab his que plutarchus scripsit de uita catonis uticensis. Et is qui attulit dicebat abste mandatum tibi fuisse ut illa michi afferret meque tuo nomine rogaret ut ea grece scriberem. Accepi libens et rogata tua expleui. Hoc enim simile officium non tu quem amo. quem clarum et eruditum scio. sed qui uis uel mediocriter doctus facile a me impetrasset. Miratus tamen sum quod si non oportebat crecebat profecto epistolam de ea te abste non accepisse. Michi uero satis est ut intelligas me iam prius te amauisse coluisse obseruasse cupioque fore mandatis et uoluntati tue obsequendi et obtemperandi. Vale et quanto quidem amaris ama.

P. candidus Francisco barbato cui ueneto salutem

Quo gratius michi potuit inungi qm̄ ut hermolao uiro optimo et tibi doctissimo comes ascriberet ut tanti uiri contubernio tam preclaras res ac memoratu dignas nr̄is ex studijs ediscerem. et te te quod maxime optabam felicia noua sentirem. Non quidem situ aut obliuione exaruit uetus amicitia sed temporum conditione quieuit. Dem tue recordatione humanitatis et litteris euituit. Amo enim te mirifice et franciske mi. ad quem amandum tua singularis inoucit probitas uirtus humanitas possem pluribus nec ineptis uerbis laudatius commemorare. Hoc de te breuissime et uerissime dixisse lat̄ est. Habes unicus etate nostra litterarum ac uirtutis decus dignitati coniunctu tue. Vale itaq. et me ut soles cogite.

Pogius florentinus .p. candido salutem

Iniciu quod in litteris mutasti est non solum elegans sed accommodatissimu rei que tractatur. id neq. a cicero ne dici melius. aut uberius potuisset. sed opus est ut laborem capias ad transcribendu. ne uideatur res serio conficta. Nolo ut ullomodo suspicari homines possit id mea opera prodisse. Itaq. transcribas oro epistolam eamq. mittas ad doctissimum uirum Bartholomeum Rouellam ferrariensem. qui est tibi carissimus. Scribas enim autem ei ut eam michi reddat epistolam. Volo etiam suo testimonio uti illam a te allatam michi non q. illius licentis pecece stulticiam uerear. sed ne uideat in causa propria michi indices quesuuisse. licet iam maius quiddam exordiar contra hanc pestiferam beluam. quod tamen continebo donec meliora se afferant tempora. unum tibi affirmo nullum prorsus mendaciu. aut additamentu esse in his que scribuntur. sed ea esse inferiora sceleribus suis. Quod primo loco esse debuisset id erit postremuz ut scilicet.agam tibi gratias pro tuo in me officio. quod et nunc facio et uberius faciam cum maior erit facultas. Vale et me ama.

P. candidus Nicolao nicoli florentino salutem

Sponde et beatissimo otio fruere. Nicolae carissime qui adeo omnes necessitudines obliuisceris ut neq. quid agas. neq. quid cogites intelligam. Si uales gaudeo. Ego qui neuti q. liber et felix sum de te et opulencia tua meoitor. et ut idem de me facias. uicissime cupio. Hoc enim amicitie proprium est absentes colere uti presentes. Alioquin mercenaria queoam ars esset plura estimare uultum qm̄ ammu. et oculos non mentem colere. Si quidem homo es ut inquit comicus humani nichil a te alienum esse scito. Vale.

P. candidus Alberto constabili militi salutem

Sentio ex uerbis tuis Miles melite non nullos esse. qui me in studio littere existimant. nec grecis litteris operam dare. sed simam aucupari. nec enim potis esse ut sine doctore quispiam hanc laudem consequatur. At me hercule nulli ad bonam uitam preclusum

iter. Non enim aliquando fuissent littere si nemo a se sed aliquo semper co-
 cante dictasset. Quid de Ma. aurelii nro loquar. quo nil iocundius nil
 festiuus. Nonne latinis litteras sic adeptus est. ut erunabili labore et nul-
 lo magistro preeunte aggressus excoleret. Itaq; fas sit aliquando agere
 que prius factitarunt. nec nobis imponatur id facere non posse quod plu-
 rimis et mediocriter quidem eruditis licuit. Quod ut re ipsa cognoscas
 ad te scribere institui de quibus tyro dubitem. facile tibi fuerit doctissis
 et optimis uiris circumsepto. an uerum sentiam elicere. Iacobus ange-
 li facie michi incognitus litteratura satis notus. Bruti uitam elatino
 in grecum transtulit. In bruto sic scriptum est. ab eo Brutus uero
 quoniam hic sermo aliquo rationis habebat. maleq; poterat solui sub-
 ticuit. Quero igitur cur rationis dixerit cum nec sententia congruat
 nec orationi. Grece enim scriptum extat. *Και ὁ βροῦτος τότε μετ' ὡ-
 ἐχρησθη τὸν λόγον χαλεποῦ καὶ δύσκριτοῦ ἀπεσιώπησεν.*

Apulei?

Jacobus angeli

Id autem est Brutus tunc
 quidem sicut habente sermone illo quippiam difficile et malesolubile
 conticuit. Hec ad uerbum traducta in concinna sunt. ceterum non
 sonum. sed sententiam requiro. Quomodo igitur rationem pro diffi-
 cultate ponit. *χαλεποῦ* quidem non rationem sed difficultatem
 signat. Denique brutus non ratione deterretur ad respondendum sed
 difficultate. Nam nec honeste poterat tueri causa que defensa audi-
 entibus suspicionem machinate cedis afferret. preterea alio in loco in
 bruto tamen cum catonis mentio incidisset sic inquit. Cato lecta i-
 pudica seruilie sororis epistola eam cesari proiecit. inquit uinca
 ebie. Cur uinca. cum nec ad rem aut sententiam pertineat. cum
 grece dicat tene. uel capias uel quodpiam simile qualis sermo unius
 alteri rem porrigentis hec plutarchi uerba sunt. *Κεῖται μεθ' ὧν
 ἀδελφὴ τῆς εβριε. ἀδελφὴ ἐπὶ Κεῖται. uinca etiam significet non
 tamen hac in parte. Nam et cato apud nos describo. et cato aliqua
 uo signat non licet tamen uerbis damnare sententiam sed illam po-
 tius uerbis illustrare. Quod conuenientius transferenti qm uerba
 sensibus aptare. Sed hec satis denique alibi in eodem bruto sic refert.
 Brutus ad gestum populi lene aspiciens qui studiose cesarem orabat
 nam quosdam criminabatur nichil locutus est. hec iacobi uerba
 sunt. plutarchus uero sic dixit. *βροῦτος ἄκλιτον τὸν τοῦ λαοῦ
 σχηματὶ δεινέρον σπουδῆ καὶ κἀκρίστον ἐφ' ἑνὲς μετ'
 οὐδεν.**

Quod interpretatur Brutus aspi-
 cians lene gestum orantis solliciti et non criminantis locutus est
 nichil. Bruti nempe diligentia uirtus constantia hoc in loco cernit
 qui cum callum et socios dubitare cognouisset ne lene motio con-
 iuratio patefieret. prius ad lene gestum attendens. cum nichil au-
 diat. sed motus corporis solum percipiat iam intelligit illum orare
 non criminari. Nam si coniurationem detegeret criminalet tunc

Lene

autem rogabat. differentia multiplex ingestu orantis et criminantis. alter oculis et manibus summissis. iocundo ore. remittenti facie deprecatur. alter attonito similis. iudicanti instat minaci uultu multiplici et suspensio + motu scelus. auditum in fronte gerens. hec portuuncula cum egregie scripta sit penes plutarchum eruditissimum uirum non digne traducta uideatur a nostris. Est alio in loco bruti epistola his uerbis ab eodem conuersa

A uoio uos delobelle deuisse pecunias si sponte deoistis. falsi estis in iuriam si inuiti hanc ostendetis si contra eas sponte deoeritis plutarchus uero sic refert. ακουω υμασ δολοβελλα δεδωκεμαι χρηματα. α ει μεν εκορτεο εδοτε δμολογητε αδικειν. ει δε ακορτεο αποδεξατε τα εμοι εκορτεο δουμαι.

A uoio uos delobelle deuisse pecunias. quas si quidem sponte deoistis falsi estis in iuriam. si autem inuiti ostendetis michi sponte deoentes. Que differen- tia hic inlit aliorum iudicio derelinquo. Illud non omiserim qd in calce uite dionis a guarino scriptum offendit. uirtur enim his uerbis ad ip- lius necem eo forte uli pugione dicuntur quo uulneratus est dion. illuz autem a magnitudine cognitum perhibent laconicorum enim more perbreuis. Quomodo igitur a magnitudine perbreuis. Sunt eadem fe- re plutarchi uerba *ερωωδη δε τα μεσεδη βαχου γαρ λω*

Virum ne μεσεδη Mensura uel quantitas hac in parte non satis uideo et a te cupio declarari. Sed hec leuioia que ad te gustandi causa ex merce nostra deprompti ut intelligas utrum grecis in heriam iocandi gratia an studendi potius que si tibi placuisse cogno- uero scribam uberius. Amplissima siquidem facultas suppetit his ce- hi rebus. Sed uelut prius Guarinu consulas. quodq; ille sculerit ad me scribas nam illi obsequi hac in causa equum est si modo illa scule- rit que digna sint auctoritate sua nec studio obsequatur sed ueritati

V ale equestris oromis decus litterarum spes nostrarum
P. candidus genoni castellioneo bauarnsi epo salutem

P etierunt a me comestici tui Reuerendissime et humanissime pa- ter. exemplar librorum platonis ce re publica. quos olim Genitor meus opere uiri prestantissimi emanuelis chrysolore. e greca lin- gua trantulit in latinam q; eos tua dignitas iudere cupiebat. Qua- re cognita statim michi risus obortus est. Intellexi etenim ex quo libe- quintum per me traductum scio inter manus tuas retineri. Aliquem haud satis eruditum eo uiso onationi tue sualisse. non illu e grecis litteris in latinis a me uersum uerum a patre meo sumptum et luce- meo nomine datum esse. Que res profecto si ita se haberet omni teri- lione et ioco prosequenda uideretur. Ceterum non ita me leuem ar- bitrentur. aut tantum sudorem impendisse grecis litteris. ut risui + fierem obnoxius. Siquis autem roget quomobrem labores patris mei co- trectare ausim et ueluti nouus fucus alieno melli inlistero michil est q; facilius queam explicare. Quippe emanuelem chrysoloram grecis

. Guarinus .

. Emanuel chrysoloral .

litteris eruditum fuisse nemo mediocriter doctus ignorat. Vbertum uero genitorem meum quis nescit per magnam latinis operam adhibuisse. Non tamen propterea in latinis christolorum in grecis patrem meum ideo imbutos et ornatos fuisse constat ut quamquam in sua quisque lingua laudaretur in aliena precelleret. Ex quo secutum est ut utriusque lingue cognitione et inscitia simul laborantes uiri preclarissimi minus perfectus et platone dignum opus euerent. Constat enim hanc traductionem ab utrisque esse confectam. Ita si rite meminit quisquis hec carpit in prologo quinti libri ipsius policie hinc uerbis a me scriptum intelliget hunc igitur policie librum quintum fidelissime e grecis litteris in latinam uerti nullam si qua e nostris emanasse uideretur interpretacionem imitatus. Nec enim ullum preter platonem imitatus sum. non ut laudem meis temerem sed ut ueritatis fautor fierem que omnibus affinitatibus et amicitijs est anteponenda. Nec propterea filij patris super lumen luminibus obesse crederem sed utriusque gloria uno et eodem uinculo contineri ut quod in patre liuor infligeret natus obtundat. Que ut clarius tua dignitas noscere queat. quinti ipsius exempla a traductione sumptum paterna tibi mitto ut uideas quod a me additum demptum imutatum ut sit reliquum si placuerit paratum erit. nec ulla unquam michi res grauis futura est quam gratam esse sciam tue dignitati. ita me summis beneficijs humanitate caritate et insigni pietate fouisti ut tuus sim ubicumque regam. et animo et corpore si qua in me facultas erit necesse sit. Hoc tamen opus ab exordio inchoare et latinis mandare litteris institui. et prudentissimo principi duci clonestrice per manus tuas destinare cui per litteras meas rem aperui. ut opus diuinum singulare et toto urbe omni etati nulli cedens in maximam bene meriti ducis laudem ab inferis emergeret. essetque melioris amicitie uinculum inter impares quauis. et toto urbe diuulos uiros quam inter ipsum et dionisium olim pythagoreorum clarissima cohors credidit auspitiu. Tuum igitur est nunquam pater humanissime. uel imperfectum lumere uel perfectum expectare. quod breui fiet nec minus utile opus arbitror quam aristotelis politicam aut ethicam. si modo equos auditores habitura sit diuini et sapientissimi platonis auctoritas. Vale

P. candidus Quarino ueronensi oratori salutem

Flex haustum michi risum excitauit epistole tue. ita licetis partim fortuitis referte partim a te lepore conscriptis. ad me delate sunt. Nec sapientum precepta me continebant quin effunderer. Memineram et enim locratem dixisse. ουτε ἀπα ἀρρηδισια ἀξιου λόγου κρατουμένου υπό τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ ἀδοκτεορ. οὐδέου γὰρ ὁ τὰ τῶ ἐφίλη ἰοχύρω τῶ λωτι ἰοχύρω καὶ μεταβολῆ ζήτῃ. τοῦ τοῦ τῶρ

mirum est quam leuibus ex causis sepe numero huiusmodi excitetur.

Non est huiusmodi hinc si quis zylu detentus paret ad mitte. ad est fere est cu quis uehementi zylu detinet. ut hementi ex hoc mutatione queat

intemperies. Et erat profecto res apud intelligentem visu dignissima. Quae uellem te litteras tuas aspexisse uisisses profecto. erant enim non solum in descriptione ipsa graeci uisibiles a nostris sed ornati quoque per graecae uicam proprius per barbarae. Ex his portu uicam legi tamen et quod sicut obrutum dignosci haud poterat. reliqua lectione diuinabam. Sola illa perstitit aduola correctionum tuarum. haec quidem semita unius diei paritate saluata est. putas ne me oblitum quem admodum

προσ τῆς ὄψης ἀκούσας ἐπελάθω καὶ λαβόμενος τῶν κρητῶν ἀπαδεδεμένω ἐκ τῆς πύρας ὡχέτο, φέρων ἄλλα οὐκ αὐτοῦ τῆς πύρας, ἐν ἧ ταῦ ἐπίσολας ὁ ἀφ' ὧσιν εἶχεν

Equidem si ad hunc ut arbitror profunde stertentem accessisset. non peram sed hominem ipsum facillime quouis terrarum afferre potuisset et adhuc ignote nobis essent tue littere. Sed non minus iocunde extiterunt. quae tuis referte salubris integre ad nos delate sunt. Non enim nuntius est ὅλην κατέκλιπεν εαυτὸν quem admodum alter. ὑποκόπου βίασθη. Sed nimis iocundus et humanus est. Gnarus mi. οὐ γὰρ οὐ γράμματα εἰς παιδῶν ἀπὸ ἀλενδοῦ ἀπαιδεῦτα οὐκ ὄντα ἀσμερῶς ἢ λαυριδοῦσιν, ἀλλὰ παιδεύεσθαι γοῦν παιδεύεσθαι χρεῖον ἔλθω ὑπαισχυντο εφοβούτο

Que uero rectius scribenda putabis. fateor a me minus accurate perscripta non quod ea imperfecte scribi ignorarem. sed ut ad te aliqua ex parte certum facerem me litteris graecis intelligere non tamen adhuc curam prestasse earum scripturae. que profecto est difficillima. nec nisi diligentius attentanti et laboranti perdiscenda ut nosti. ut te multis iam annis eruditum in his arbitrer etiam stutere dum scripturas. Quaedam tamen consuetudine ueteris linguae inscientibus quamque non sponte elabuntur ut uiris alluetis dicere facilius occurrat ἀπὸ τοῦ σκῆπτρου scribere quam ἀπὸ τοῦ σκῆπτρου errore uetustissimi uocis me fecellit. dum uocabula sigillatim carperem erinabili labore ut Apuleius olim manu uere nris. Nunc intelinenti legendi studio adeo familiaris illis effectus sum. ut plerumque non graecis sed latinis litteris me putem legere. et quod mirabaris uel loquenti uel scribenti uocabula et sententiae uberrime suppetunt. correctio uero et ordo litterarum non facile sequantur. Quod tamen continuis lucubrationibus assecuturum me esse confido. Vale amice dilectissime et si quid a me tibi gratum fieri posse existimas impera

no. inuenit ypri.

ad odore perueniens lupus et carnes assumens ad peram alligatus abiit. cui ipse peram simul peram in qua huius homo habebat.

In filia sedeposuit scripsit
A somno coactus.
Non est haec tua indoctis
sini manus uixi adferm
cui se indoctas arbitrat
sponte obseruare sunt. si
de scia culte in manus
ignorantia uenire ex
rubore timuerunt

Liber primus epistolarum nouissimarum explicit. Incipit secundus qui continet epist. xxvii.

p. candidus. Simonino giglino salutem
p. candidus. Franciscus pigolpasso mediolanensi archiepo
p. candidus. centio romano salutem
p. candidus. Gallassio corrigio uiro illustrissimo
p. candidus. feltrino boiarco militi
p. candidus. Nicolao arcembolco Jurisconsulto
p. candidus. fratri antonio Raudensi theologo
p. candidus. Michaeli pigolpasso
Cristoforus. Lampugnanius p. candido
p. candidus. Guarnerio castellionensi iuriconsulto
p. candidus. uigulmo palmenti iuriconsulto
p. candidus. Michaeli pigolpasso
p. candidus. Michaeli pigolpasso
p. candidus. Alberto constabili militi
p. candidus. Michaeli pigolpasso
Leonardus. arretinus. p. candido
p. candidus. Simonino giglino
Lapud casteluculus. p. candido
p. candidus. lapo casteluculo
Lapud casteluculus. p. candido
p. candidus. Michaeli pigolpasso
p. candidus. Genoni amidano
Geno amidanus. p. candido
p. candidus. Genoni amidano
p. candidus. Franciscus pigolpasso Mediolanensi archiepo
Geno amidanus. p. candido
Laurentius Valla Romanus orator. p. candido salutem

p. candidus Simonino giglino uicali secretario salutem

Xigis a me tuis litteris ut libros ciceronis de natura deorum et
fato. quos emendatos habere me putas tibi mittam. Ego simo-
nine ^{no} mitantur libros qui profecto carissimi michi sunt. ra-
ritate ipsorum atq; prestantia. sed si quid libris carius habeam
libentissime tibi offero. Noui enim prudentiam et humanitatem tu-
am. nec minus apud te perurbane mansuros arbitror. qm si non di-
cam penes me. sed a Cicerone suo seruarentur. unum tamen per com-
munem amicitiam deprecor. ut illos omni cura et diligentia ab emu-
lorum manibus tutos serues. ne qd multo labore longis uigiliis assecu-
tus sum paruo deperat et tu huiusmodi solatio priueris ego perpetuo
merore tabescam. Quod autem ad ipsorum emendationem attinet.
scito illos manu modesti germani mei olim exaratos qui profecto n-
nisi me fallit. amor et uerissime huiusmodi commentarios transcripsit

et fidelissime transcriptos emendavit. Itaque in his omne solatium meum
omnis requies exponitur. de te autem Simonine mi illud imprimis occur
rit quod de Tiberio suo scribit & tuius attenuatum te esse continuatione
laborum cum audio profecto corroboravit corpus meum / teq; oro ut parcas
tibi. Vale : /

P. candidus francisco pisolpasso Mediolanensi archi presuli

Quod prius michi ex conato tuo placuit exceppli phormionis partes
ex Appolodoro traducti in uerbo nomine ut item putat Cuius
laboris tempestiui ad modum primicias ad te mitto. facile ex his cognos
ces que & incipis sim exaraturus. Nichil est enim tam arduum. tam
obstrusum q; labori obster in tenlo. Quid enim his commentariis scriptu
fallatius. et tamen litterarum amor me cogit elicere quod dignitati
tue utile et iocundum futurum putem. Scio q; plurimos lecturos ea
que ad te mitto nec secus reprehensuros barbariem quandam ueteris
scripture et modo litterarum apices modo imperfectos rerum sensus
exisuros. quali hec mee culpa sit negligentie. At uero si manum cala
mo. si mentem his infinitis erroribus addiderint si misauerint carie
uetusti operis ut ipse facio et plerumq; Tyresiam consuluerint. ut ago
cum dubito uehementer erunt profecto modestiores in reprehendendo et
que minus perfecte traducta sunt a nobis conferent his que tollerabi
biliter fuere transcripta. nec quid uideant erroris restitisse. sed quid
& incipis sit elimatam magnipendent Diagonas enim cum samotta
chiam uemisset. ut inquit cicerone Athenis ille quid dicitur. atq; ei quida
amicus Tu qui deos putas humana negligere. nonne animaduertis
ex tot tabulis pictis qm multi uotis uim tempestatis effugerint atq; in
portum salui peruenerint. Ita fit inquit illi enim nusqm picti sunt
qui naufragi fecerunt in mariq; perierunt. Sic equus est a te respondei
his francisce presul dignissime qui minutius aliorum meritas conse
tantur. Si quis forte dixerit Tu qui candidum tuum credis tam diligen
ter ab antiquis scripta transerre. nonne uides quot in locis frigide. quot
inepte a ieiune conati libros transcripserit. Ita fit enim in quibus. ea si
quidem uides que neutiq; ab illo alias interpretari queunt. sed ut me
rant scripture fuere mandanda ceterum nusqm uides que eius opera
correcta iugi labore atq; industria sunt emendata. Hec autem non
ideo tibi scribo pater optime ut exculem meas ineptias. sed ut animu
meum uotis tuis subsequenter notus et ut scias nullam rem tam ex
amulum esse factam. que culpa aut reprehensione possit carere : /

P. candidus Centio Romano secretario apostolico salutem

Dum multa otiosius mediocri. et temporis uacturam non tam ue
oio qm partior uisum est aliquo iocandi gratia mediocri
salo contexere. non ut gloriam exinde adepturum me confi
derem. sed ut seria iocis in miscendo tardiores nonnullos ad scribendu

excitarem. Qui enim cogitationes suas litteris mandare posse diffidunt. Sci-
ant dicendi facultatem non tam illis deesse quam ornatum et ueteres comi-
cos ingenio magis quam eloquentia consilos plerumque scriptitasse que ab
que ab hoc humiliori scribendi genere haud quam abhorreant. Tu ue-
ro et ingenio meo parces et stilo neutique indignabere ut autumo. cui
scies non a me si qua minus erudite scripta sunt tam dicta quam per
me memorie esset commendata. et nullum tam uenustum corpus
esse quod uero careat. Vale.

p. candidus Galatio corrigio uero illustri salutem

Queris quid ex opinione tua sentiam. ego nichil facilius possum res-
pondere quam ea sentire me que ueritati ac rationi maxime conse-
tanea sunt. Quotum enim prestat corpus sanum et ualidum ab infir-
mo et debili tantum prestat anima bona et recta. ab iniqua et iniul-
ta anima. et quemadmodum sanitas corporis temporaria acquiritur.
ita bonitas anime uirtutis seruanda est. Cum igitur plurimis difficile
sit salubritatem corporis tueri et temperancie adherere. Ita difficilimus
uirtutem anime posse seruare. Nam ut illi auaritate exendi aut bibe-
di ultra debitum replentur. h. autem cupiditate uana aut alia qua-
uis passione terminos rationis excedunt. Si quis autem asserere aude-
at bonam animam non posse perfici nisi dei gratia operetur et ad sit-
idem affirmet necesse est nec corporis ualitudinem sine dei auxilio a
nobis percipi. Ita deus auctor omnium. uerum ratio ideo nobis prebita
est diuina prouidentia ut nobis ipsis auxilio essemus. nec semper
ad eum bonum exigamus. quod non in nobis ab illo situm est ut quem-
admodum a natura nobis pedes dati sunt et manus. ut omni ope corp-
circumferre possimus et alere. Ita uirtus et ratio nobis prebita est ut
eius ope res bonas eligamus. malas euitemus. Hoc autem amplius in se
continet uirtus. ut nulli desit eius suffragio nisi posse. corporis autem
prauitas plerumque incorrigibilis et nulla sanabilis est ope. Habes quid
sentiam. uel quid potius a te dissentiam. Vale.

Notabilis epla

Racio

p. candidus Feltrino boiarco militi salutem

Situm inuidisti michi generosissime uir. potum propinanto quem
uenum haurere non licuit. Sperabam equidem illius meliti uereque
magnifica leonelli nostri ingenium uisere omnis mora interim percola
uidebatur. Sed nescio quibus pernis ereptus nobis tam cito euolaris. Ita
que remigio alarum et ipse uestigia tua assecutus sum. ut scias nil amice
solertius cupiditate uelotius. Hac igitur in urbe constitutus nichil pri-
us exigo quam ut me tam honesto proque delictis tabelcere non sinas. Consi-
les enim amicitie primium nostre. cum promissis his que sola sine
nullis precibus licet exsoluere.

p. candidus Nicolao artembolco Iuriconsulto salutem.

Nillas iam precem a te litteras accipio. neque quid. igitur ex his qui coti-
die ad nos confluunt intelligo. Si uales gaudeo. et quidem mente et

animo. Nam corporis malitudo et ligata ad modum sit animi tam
egritudine sepe numero perperdi solet. Quid est tamen quod mereas
Habes que necessaria optimis et bene institutis uiris sunt. otium. libros in
genium. regionem amenam et uberem. Quamobrem nescio cur tibi
et animo tuo delis. Ego qui neutique fortunatus et liber sum et scribo
coram et lego aliquid. et te ut idem facias exhortor maxime. et pretea
ut scribas cum per otium licet. fac sciam quid agas quoniam rite ualeant a
puo te libelli mei. Eos nempe cum pro animi tui uoluptate lecti
tariis remittas queso ne tibi tedio sint me autem deliderio afficiat
vale :—

p. candidus fratri antonio Raudensi theologo salutem.

Siluanus noster bene ualet. nam paci staret et quieti. nec ullum
mili cum litteris bellum habet. Is nempe lactantio suo sic affectus
est ut cum mundum periturum affirmarit. Is putet perisse.
fessus itaque non tam presentibus quam futuris curis abiit. nescio an
extra urbis nostre menia. At ut idem arbitratur extra anni solisque ui
as ubi maximus atque axem humero torquet stellis ardentibus aptu.
Ibi tamen quod mirere hiemem sentit et frigora. nec minus imbres quam
ventos experitur et seratis nostri celeste solum non tam credit quam
suspirat. Quot florum species his in laeis gigni putas multicolorum.
quot fontes labi argenteis calculis. quot pomiferarum arborum fro
ces assidue quati uentis crepitantibus. quot denique ramis miscere a
ues demulcentes aera. Siluanus tamen noster meliora his letioraque
opperitur. Quid multa hirundines ac cicomas alloquitur. ut olim
cum coruis in carith loquebatur helias. et ut breuiter exponam frui
turque eorum colloquio atque inis acheronta affatur auernis. Habes
a me quid Siluanus agat tu cogita quid acturus sis. ut illo non infe
rior habearis. aut certe beatorum uale :—

p. candidus Mich. ieli picolpasso salutem

Ad litteras quas michi tam longas exuisti nichil respondere opus
est. nisi forte illius responsum uel in imitari. qui cum ad heru
quemdam seruiendi officio reuocatus esset. unaque babilo quidam
in sillius cum prius interrogasset eum herus quid potissimum operari
sciret. Ego heres quecumque uelis respondit. nam et scribere et legere
optime noui et si quid nuntiandum est egregie facio tum alia co
munis officia optime calco. denique roga quid uelis et placeat omniaque
a me facta putato. Ad hec maxime admiratus herus et ad alterum
conuersus intuens et tu inquit bone uir quid agere nosti. Ego res
pondit comine mi nichil scio nam et iste consors meus nouit oia.
quamobrem nichil amplius ut agam michi super est. Quid hec si
militudo tibi uelit ipse di iudica. Lucto tamen ne ulterius uigiliis
nostrum uerbis exagites nam cum librum uiderit. scio quamquam

ad modum iratus sit fiet ex nostris et nos apprime diliget qui ob eximi-
as uirtutes suas insignemq; humanitatem a nobis summe diligit. Vale.

Cristoforus Limpugnatus .p. candido salutem .

Ad te mitto suauissime Candide Cantilenam primam bis quidem precib;
a me contextam quam nunc ex tempore edidi. eo q; casibus meis. infor-
tunatoq; amori meo sit congruens et aptissima. Quam si probaue-
ris letabor quippe sin autem multo maiorem animo iocunditatem capiam.
motu ne pigeat erudites ad me transcribere meos. quo te preceptore possim
si quando libuerit aliam meliorem ornatiorē uel componere. Ceterum
per latorem presentium uelim ad me mittas tuam. quam pulcerrim. q;
esse hoc mane intellexi. Vale

p. candidus Guarnerio castellioneo Iuriconsulto salutem .

Heri cum inter patres conscriptos memorabilem illum militem ut +
auunt. unum tecum admirarer. et multa inter te et illum de nobi-
litate ac uirtute hinc inde dicerentur ac Socratis nostri comemora-
tio forte incidisset de uisione omnium rerum. per ipsum ut ferebatur
in rei publice constitutione i primis comprobata. animaduerti te in
eadem opinione cum Lactantio errare. qui putat etiam mulieres ab
ipso constitutas esse communes. In qua re profecto cum honorem uir-
tutis tue diligam et platonis gloriam ac nomen multifaciam. apud
quem Socrates ista disserere conatus est. Statui librum quintum platonis
de policie quem nuper e grecis litteris in latinas uerti ad te uide nouum
legendumq; transmittere. Hec quidem ratio minime ab aristotile
ignorata est. sed nescio qua ex causa aut neglecta aut deprauata. ut
constat politicorum suorum libro secundo. Nunquam enim Socrates
quicquam in comune disseruit. nisi inter rectores diuitiarum et custo-
des ciuitatis. quos nichil proprium possidere iussit. sed animum uic-
tum custodie mercedem a reliquis ciuibus accipere. qd nec dissimu-
lauit aristoteles. cum in eodem libro sic confirmet utilius huiusmo-
di licentiam agricolis impartiri qm custodibus. quos regum man-
datis facilius obtemperaturos existimauit non aduertens uel dissi-
mulans Socratem imprimis pre-supponere Reges ac principes equa-
imperaturos fore. reliquos ad parendum futuros esse promptissimos.
Sic enim policiam suam apud platonem constituisse uisus est. Quod
ut clarius intelligas ex Iuriconsultis tuis omnium uel imprimis pre-
clarissimum Calistratum scilicet in testem tibi offeram. Is enim. ff.
de nundinis libro secundo textum platonis allegans quem e greco +
transtulit in latinu te certum faciet. utrum bona in ciuitate ab
illo constituta sint coia. Nec miror Lactantiu aliter asserere. qui
plurima inextos uiros omnibus in libris suis studiose edidit. ueru
aristotilem satis nequeo mirari qui preceptori suo in his detrahit
que aliter ab eodem relata debuit meminisse Tu uale et proborum

. Socrates .

. Aristoteles .

. Calistratus .

uirorum famam tutare dum licet:

P. canidius v. g. v. parmense Jurisconsulto ualitudinem plurimam dicit

De his rebus quibus plurimum litteris tuis affici uideris partem maximam tibi uoueo: nam et ipse hoc pacto leuior efficiar et tu grauior: quod optimi uiri nomen maxime commendat. Quato enim quisque grauior habetur eo sapientior. Magna enim in scipione et fabio grauitas fuisse dicitur: maior in lelio hilaritas: poteris et ipse integrum purgari et celum capere et cum ioue disputare de politica seu maius cum apolline de fidibus: aut cum planto de comedijs tuis.

Quod ego autem deinceps egrotare delinam haud quam placet: quippe iam uite qui egritudinis finis est apud mortales si maxime credimus: dubito itaque utrum exitum michi impreceris: an tibi ualitudinem. Verum hec alias in celo libertius inter nos colloquemur: ubi et libertas maior erit conferendi: et rerum ueratum in spectio libertior. Nunc ad ea que de politica scribis restat respondendum dicitur enim facile fuisse uero litteris grecis erudito: sed magis pro prestanti: cum grecarum litterarum peritia huiusmodi traductionem efficere. Tot enim in homine requiritur ut neminem inueniam: quis enim ille prestantis apud nos philosophus et litteris grecis eruditus: qui uoto tuo possit satisficere: nisi forte bagiocholis tuus: qui de moratico risu uiscera rimatur arietum: ut bilem inueniat humanam. Adde etiam non posse te ferre que dico hoc tabellarijs britannis ut opinor magis conueniret quibus littere dant exanimis imponere soluto tibi uero nichil oneris quod sciam imposuere littere mee: dixi enim nisi animus michi excidit dum purgor uehementius quantum librum policie platonis nuper e grecis litteris in latinam traductionem a me non concordo: ite rationi quam aristoteles politice sue secundo libro improbare mixus est contra socratem: de uisione mulierum et possessionum reliquarum disputando. Nunc tuum est uulgine fricare incipit uehementius an memineras hec ab aristotele scripta et socratem ab ipso impugnari in libris platonis: sic enim dicit: hec autem in hoc quinto platonis libro si rite memineraliter se uidentur habere. Nec enim comunio possessionum aut mulierum a socrate in sua policia conceditur sed suis custodibus dumtaxat ciuitatis quedam datur a principe licentia: seruatis ordinibus semper politicis et honestis. Talia meminisse me tibi scripsisse: nam iam purgari ceperam dum illa scriberem: ut nulla mentis aciem nebula potuerit attingere. Tu uero ut arbitror iocaris libertius: et nunc de re non dubia disceptas mecum nunc quedam uix intelligibili edipo aut sibille scriptitas et silentium imponis: deinde uulgo disputando predicis: Vtrumque profecto extremum et tacere et concionari in populo: uellem oromatius michi referres que senties

. plantus .

. Maro .

. Edipus .
. Sibilla .

∞: in capite tuo: ∞

in capite tuo et scio te optime sentire. maxime cum scis in sententia
 ut inquit plantus tuus. Quod autem politicam aristotilis in con-
 uentu totius populi disputaris. et legeris. non requiro a te cum scias
 te parcum esse tuarum laudum. et gloriam popularem haut mul-
 tificere. Sed tamen necesse est aliquando cognoscere que ab antiquis
 scripta sunt. Quippe cum tibi non assentiar omnino dum dicis
 aristotilem nunquam fuisse mentitum. Caue Vguline ne amore ni-
 mio decipiaris. Nam si uera sunt que dicis necesse est maiorem
 fidei nostre partem claudicare de qua plato ut aiunt rectius sentit
 et uerius. Sed forte te fallit amor. et omnes illas freneticas opiniones
 non aduertis. mundum ab eterno animam nisi in corpore non
 intelligi. et multa satis profecto scolastica et non minus ridenda que
 de ipso narras aristotile. in quo dicis naturam mirabiliter ope-
 ratam et deum quali unicus homo dei curam occuparit ceteri om-
 nes tamquam urcei infracti a relicto figulo reiecti sint contrito na-
 so. et trula uniusque concisa. Quamobrem mitigabilem aliquantulum
 dum librum uideris diligentius. et aristotilis scripta relegeris et
 aliquo uideris quod homini uel nullo unquam tempore fuit in io-
 cundum maxime tibi unguine mihi facetissime. qui atrox delitius ha-
 bundas ut omnia intelligas antequam uideris. nec borreali spiritu
 sed uentilanti notho sepe uero ad summa perueharis. uir ille de quo
 scribis non ut crebris digesta pronuntiat. nam hoc obscenum habetur
 his in locis. in quibus mos est occultare digesta. nisi medicorum
 naribus aliquando obiciantur causa ualitudinis. qua nolim te care.

Habes responsionem per similem petitioni tue. Vale.

plantus.

plato cum sit christi
 in multis reor

P. candidus Michaeli pigolpaso

Suauitas rumores. et ignem stipulis ad moues. et aquam prohi-
 bes inferri ut uideo. Sed nichil scito tam latenter a te scriptum.
 quin michi his ex litteris in calce usque non sit comprehensum.
 Verum omnia amico concedenda sunt maxime cum ex arido pumice
 rorem speret elici posse. uel simulet potius ignem excullurus. Crede
 michael si hunc iudicem nostrarum rerum esse autumas uebeme-
 ter erras uel studia nostra haud satis nosti. Nec enim sic temere.
 scribimus nec armos triti uumentis tapetis exornamus. Ceterum ue-
 ra rectaque doctrina. non sophistica quidem. aut in plebe decantata.
 nomen aucupamus. ueniet dies que ueritati fixam prestat sine
 inuidia. Simulata cito deteguntur multi cum ingenio confident.
 labore destituti. Flores non in amenos. sed in utiles relinquere. ali-
 orum lauatores suarum negligentis rerum. In horum igitur
 numero ne me ascribas. amicum enim Vgulinum sua ex uirtute
 michi notum et tibi carum. Vale.

p. candidus p. Michaeli picolpasso salutem

Sepe questus sum Michael optime scripturam sacram pluribus in locis a uera interpretatione esse deprauatam non Ieronimi uiri doctissimi et sanctissimi culpa. sed uicio scriptorum in qua re nonnulli nebulones incole. cellarum urbanarum michi auerlati sunt. ex spiritu uiui sententias suas proferentes. Quorum ut misericordiam luculentam arguamus. mitto que nuper in badagiensi monasterio in ueteri biblia repperi uerba uxor Job in emendatis bibliis nostris deficientia. Vale: p. 177

Verba que deficiunt in biblia latina

Dixit autem illi uxor sua adhuc tu permanes in simplicitate tua usque quo tu nunc sustines et dices. Ecce exspecto paucum tempus. adhuc sperans spem salutis. Ecce exterminata est et perit memoria tua de terra. filii tui et filie tue uentris mei gemitus et dolores quos in uacuum portavi cum labore. Tu autem ipse ecce sedes in putredine uermium pernoxans et uigilans sub diuo et ego uaga et habitu ancille ambulans de loco in locum et de domo in domum operis causa. exspecto quando solocidat ut requiescam a gemitibus meis et laboribus qui me nuc temporibus his comprehenderunt. Sed dic aliquod uerbum. Benedic in domino et morere

p. candidus alberto constabili militi salutem

MAntonius noster eximia tandem uoluntate sua ductus et singulari uirga principem illum beniuolentia ferrariam accessit. qui ut audio difficiles apud uos habet aditus. Verum in tarditate aduentus sui factum sit. in temporum potius conditione proterua. haud satis dixerim unum affirmare ausim. si nullus apud illustrem leonellum uirtuti locus est. ne in celo futurum unquam precor itaque de illum solito amore complexum fauore uestro foueatis ut uel illa in urbe uel alibi exultantem uirtutis celo iuuenilem comit animum ut si non suo. at saltem uoto uestro dignus exeat

p. candidus Michaeli picolpasso salutem

LAudio Michael eruditissime. ut eximiam istam tuam diligentiam in dignoscendis ac iudicandis ueterum scriptis. aliunde transferas. Nam ut uideo aut amico tuo inuides. aut ingenio parum fidis. quorum neutrum apud te ualeret si scires nos ad nullius iniuriam litteris incumbere. sed ut bonis prodesse ualeamus. nec huiusmodi studii deuisse operam ut eorum qui nesciret censuram subiremus. Vale: p. 178

Leonardus arretinus p. candido salutem

Dictavi iampridem celeberrimo presuli francisco picolpasso archiepiscopo mediolanensi. aliam epistolam super controversia alfonsiana. sed cum diu ab lens fuisset ob fugam pestis illa mittere p. 179

14

super seoi. Nunc autem per dei gratiam cessante pestis metu cum re-
uerli florentiam sinuis. conquesitam eam epistolam ac repertam p
hunc tabellarium ad te mitto. ut prius lectam a te ad illius Reuerē-
tam paternitatem transmittas. tibi uero gratias ago pro liberalissimo
patrocinio qd michi spontaneo ductu amore prestuisti. Vale florentie.

P. candidus Simonino siglino salutem

SI litteris amor inter notos augetur. non cessiterem quotidie
aliquid ad te scribere. Symonine carissime. et beniuolentiam
aetiozem inter nos conciliare meis scriptis. Ceterum cum uir-
tus tua maioribus spectata documentis fidem in suos obleruare uideat
rit non necesse arbitror tuas curas augere meis nugis per te enim et
tempus et occasionem bene nosti et quem admodum amicis subueniri
possit intelligis. Desinam itaq tuas aures tempeps propulsare. unuz
rogans per comunem amicitiam. per humanitatem teniq per omes
fortunas tuas. ne me ulterius sinas his en erinis consensere et
inter spem et metum semper fluctuare ut omnem etatem frustra
conteram. cuius finis. aliis molestus sit futurus. michi uero impru-
dentie ascribitur itaq me cum tempus avertit uel cito adiuua. uel
cito libera et uale continuo mei memor si me amas

Lapus castelliunculus. p. candido salutem

DEi ad te iam priorem litteras meas quasi interpretes et conciliatrices
amicicie nostre ioq per motus Tome et genonis familiarum tuoz
suasionibus qui multa assione de tuis uirtutibus predicabant. et
me ut ad te scriberem aliquid hortabantur. eas se tibi geno ipse reddidisse.
et abste responsum esse retulit. quod facile ut crederem sum adductus.
Nec enim fuisset humanitatis tue litteris prouocatum nichil responde-
prelectum cum eam rem. abste litteris postulare quam reculare scribere
honeste poteras. Cum incognito amicitiam inire concocere autem hu-
manissimum erat ultro offerentem in amicitiam et familiaritatem
accipere. Itaq nullus silentio relinquebatur locus. nisi iam tibi in axi-
mis istis tui ducis pulcerrimisq muneribus occupato scribendi otuz
defuit. Non arbitror te illis quamqm sint preclara et laudabilia ita
pemitus unqm esse reditum ut non aliquanto te affligantibus a-
micis impertias. in hanc igitur adductus sententiam ut existimares
te uel respondisse iam. uel ocium nactus responsurum esse. tuas litte-
ras diutius expectaui. Nec tamen icuro non libenter ad te iterum
scripsissem aliisq meis litteras tuas effligitallem. sed partim occupa-
tionibus meis distrahit partim dubitatione quadam impeditis non
satis prouenti illa quidem. Quid enim de te huiusmodi suspicari ce-
bui non tamen reprehendenda. Et enim uerebar ne si priores tibi litte-
mee parum grate fuissent augerem scribendo molestiam tuam. et inep-
tias meas proderem. Itaq expectabam tuas quasi iudicia quedam et
testimonia tue uoluntatis. Verum hanc dubitationem meam et amoe

erga te singulari et expectatione uirtutis tue funditus sustulit ipsa dies.
 Itaque fretus cum instituto meo tum et humanitate tua temptare iterum
 uolui possem ne ex te responsum elicere si non respondisset. uel si respondi-
 les significare tibi quod tu fortasse opinaris id ad me non esse perlatum.
Rogo igitur te si hec pateris Candide humanissime ut huic tam diuturne
 expectationi et desiderio meo litteris tuis occurras michique uel negando
 quod a tuis moribus longissime abhorere intelligo. uel promittendo
 prestandoque quod te facturum spero atque ut facias uehementer exopto.
 me si minus dignum arte tui cupidissimum in tuis amicis ac neces-
 sariis complectare. Quod quidem non temere omnino neque arrogant-
 postulare michi uideo. etiam si dispar nobis uite ratio sit dissimi-
 lisque fortuna. preterea cum ad sit horum ingeniorum studiorum
 coniunctio ac societas. in quibus uterque nostrum a puero educatus
 est que uel alienissimos conciliare et deuincere solent. Nec ignoramus
 summos sepe uiros et maiorum memoria et nostra cum inferiori
 fortuna hominibus. uel etiam infimis coniunctissime simul ami-
 cissimeque uixisse. Gratulor tamen Candide mihi eam tibi fortunam
 contigisse. ut et in otio et in negotio uersari honeste et cum dignita-
 te possis. Nec uero tantopere Achilli homerico illi ab alexandro felici-
 citati tribuendum fuit quod talem preconem suarum laudum ha-
 buisset. quam tibi quantum scribendi materiam consecutus sis tam-
 quam dignam. in quam omnis ingenij uires omnis etatis industrie
 que tue ut ita dixerim neruos intendas michi uero contra sunt om-
Nnia ut omittam quam me ualde peniteat quantum his meis studijs la-
 boribusque perfeceri quod unum miserimum puto. cum his michi
 hominibus uiuendum est. ad quorum me uoluntatem ac uite con-
 suetudinem sine decore ac turpitudine aggregare non possum. et
 quique nichil eiusmodi de se prestant quod aut ego tuto loqui que-
 am. aut ipsos audire non pudeat. quippe in quibus nichil preter
 superbiam insolentiam. auariciam. simulationem. iactantiam.
 gulam luxuriam desidiam perfidiam fraudes fallaciasque inueniatur.
 ut de foecissimis eorum factis aut perpetuo tacendum sit. aut cum
 inuidia et offensione loquendum. ut facile perspiciam me omnes
 labores meos uigilisque abieciisse. Haud tamen te tantis bonis effe-
 ri decet. nec tuam amiciciam appetentes et si non ita claras ut tu
 ac beatos aspernari. Nec uero eiusmodi te ingenio esse arbitror.
 cui uel secunde res attollant animos. uel aduersae frangant et de-
 primant. ac si dissimiles fortuna nos efficit studijs ac uoluntati-
 bus certe nichil prohibet quam similes esse. Sed ne uerbosior epistola
 fiat in re minus necessaria. preterea cum hec ipsa minima uideri pos-
 sint has ad te litteras mitto. ad quem si facultas daretur proficisce-
 rer ipse libentius. Quod autem abste uelim atque adeo efflagite uides
 te uidelet michi amicum esse. da igitur operam ut quis tuus erga

lege uirtutes chioz
 etatis me.

me animus sit ex litteris tuis intelligam. Si dixeris quod rogo me tali amico felicem putabo. si negabis nichil succensebo tibi nec me absteo contemptum ducam. sed magno quodam iudicio et consilio pretermisiss existimabo Vale.

P. candido Lupo castelliunculo salutem

Sepenumero de me questus es et quereres nullum litteris tuis a me responsum dari. Ego quippe de tabellariorum fide uerius conquiescissim possim. Scribo itaque per optimu et elegantissimum uirum geniu nostrum a quo litteras cum acceperis. an adhuc querelis dabis operam. longum esset recensere quibus ex rebus potissime te curum habeam et sume diligam. sed illud imprimis michi placuit obstinatus in me ut sic dixerim amor tuus. cui refragari a uiro quamquam nescio bonarum artium aut equum cenleo. Te igitur amplector Lupo mi te diligo ueneror. colo. tuamque illam suauis loquentiam multifacio quam in homines hos uel etatem potius ineptam decuisse et queror et doleo. Non est tamen quod de illis capite tonlis magis indignere quamquam hi maligniter notari omni labe mereantur. Omne quippe seculum hac peste laborauit. ut mediis fidiis ne bruti carmen inepte decantari possit. *ἔδοξε μὲν λαβοῖ σὲ τῶν δόξ' ἀτίον κακῶν* Tu uero ne desperes id aliquando posse fieri. quod sepe concupimus. Non ideo a bonarum artium studio est cessandum. quorum semina temporibus fortasse suis matura colligentur. Iners et turpis agricola iugi imbre detereri solet et quem hiberne nubes ab opere auertunt. fallit estiuu serenitas Tu tamen non admonendus. sed hortandus et iuuandus es. Nec ideo hec tibi dixi perscribenda ut te moneam. te excitem sed ut amorem quem tibi plerumque testatus sum. etiam litteris significarem nouis Vale.

Tupit no relacet q horu ex ca m. aloz.

Lapus Castelliunculus. p. candido salutem

Recidit michi genio noster litteras tuas diu michi expectatas et obio ipsum multo cariores. Querelam autem meam de litteris uanam atque inanem extitisse per placet. ut uero nulle abste ad hoc tempus littere michi redidite sint tabellariorum perfidia. nulla tua culpa euenisse. facile michi persuasero. Idque ita esse letor. quibus omnia maleficiant. qui me priuarunt tam diu fructu ac suauitate litterarum tuarum. Me in amicitiam et necessitudinem tuam abste acceptum tibi que curum esse ut scribis. et si me mirifica quadam uoluptate leticiaque affecerit non tamen preter opinionem michi euenit. tantum enim humanitati ac felicitati tue tribuebam ut id te facturum certissime sperarem. Quare pro hoc tibi gratias et ago et habeo. teque ut pergās obsecro ut tali amico gloriari diuissime possim. Magnificenciam autem tuam illam uerborum quibus in me ornando uteris nequaquam michi conuenire intelligo. non tamen michi displicet. quod arbitror te non assentatione aliqua id agere. sed habundantia et

ut tuis habitis uerbis obstinatione quadam tui erga me amoris. Quod queraris et coles meam etatem in hec tempora incidisse. facis ex tua humanitate ut michi tantum tribuas iudicio tuo. Verum id non tantopere mea causa tolerandum est quippe qui nichil me indignum patiar quanto tua. ceterorumque eruditorum uirorum quibus maxima premia honoresque iure debentur. Raso capite homines ut sapienter atque amice admones. et si molestum est feram tamen quo ad potero equiore animo quod te quoque uirum prestantissimum eadem inuicem experiri. que ego ex litteris tuis accepi. Neque hos tantum modo princeps. sed reliquos etiam eodem uicio cumulatose esse ut uerissime in omnes uerba illi dici possunt. quibus apud Euripidem in oratorum genus hec ubi inuehitur. *Ἐξαρῆτος ὁμοῦ ἡγεμονίῳ δὴ μισθῶν ἔχοντα τῶν ἀνδρῶν τῆς πόλεως καὶ τοῦ δήμου φιλοῦσθαι βέλτερον οὐ φρονιζέτε.*

Nostrum est igitur forti animo et spe optima esse nostraque omnia in his rebus ponere. que nosmet ipsi nobis et nostra industria labore uigiliisque peperimus. Externa autem ipsi aut despicere aut quam minimi ouere. Hoc si fecerimus ex nostris studiis fructus uberrimos cepisse uidebimur. Quod quidem et ego quod pridem feci et nunc maxime hortatione tua facio. et te quoque pro tua singulari prudentia fecisse non dubito. Vale mi candide. Ex feraria

P. candidus micha. ueli piccolpasso salutem

Lactantius tuum quem ad me mutis elinguemque misisti ad te bidui cura dictum ornatumque remitto ita ut grece loqui sciat. et latine clare intelligatur. Nichil a me pretermisum est diligentie ut correctum grece legas. tuus nunc est reliquus emendare. ut cetera perlustrato a me stilo correspondant. Nam ut ineptum existimo rusticum hominem purpura indutum inter honestos conuersari. Ita per absurdum lactantius grece ornatum litteris latinis constitutum lectitare. Vale itaque et te imprimis cura remde libros ut agis

P. candidus genoni amidano salutem

Officiale est leonardo arretino uiro litteris grece erudito. non crede te his platonis ut ait eplis que putat. michi uero quam longe a tanti phi nondicam eleganti. sed auctoritate et dignitate iudicari abesse uerum a scriptore nequaquam rerum platoniarum miscio. sed uersuto admodum conficte et exarate tanta cura prestante ueritatis. ut fides ex diligentia exeret pauca et enim in illis pressa et grauiamulta uero elata et iactantia quadam rerum etiam referta minimarum. ut ex historia illius magis sumpta. quam ab ipso uideantur perscripta nec plutarcum errasse. sed leonardum facilius putem creuuisse. Verum unicuique suum est iudicium quantum platonis ipsius policie ad te mitto. sed hac lege ut uel lectum michi reddas uel beno. centi nostro oum uenerit meo nomine consignes. Vale.

Euripides.

Ingrati semen uerum
quicquid oratorum af
fectibus honores, non
in cognoscitis. q. auctus
Ludentes no curatis

Geno. Amudanus - p. candido salutem

Scio has meas iocundas tibi minime accessuras. quantoquidem et scribendi michi res ipsa miserrimissima est. frater Ambrosius noster sinistra dies aliquot ualitudine grauuentus. proxime tandem mortem obiit. Michi sane illius casus acerbus fuit. cum cō omnium iactura. que quidem pro illius integritate sanctimonia et scientia Italicos precipue omnes tangit. tñ mei ipsius gratia. qui in ipso familiaritatis initio quam dudum optaueram me sibi ac meam in se obseruatiam cognitum rei. et gaudio meo et amico obseruantissimo orbatum sum. Sed sic on uoluisse. Quod mortuo prestari potuit. uegius noster illius sane obseruantissimus epithaphus illi conscripsit quod his et subscriptum leges. Vale :-

Epitaphu fratris Ambrosii Camanoulensis

Ambrosius iacet hic monachorum gloria quondam
 flaminei quondam gloria magna soli
 Clarus in eloquio grauo. clarusq; latino
 Que poluit studijs clarus et ipse sacris
 Si scripta attendas fuit haud uelotius ulli
 Si uitam haud ulli mitius ingenium
 Functis tuis lacrimas raptis Camanouli patri
 parua q; tu gnato portat terra tuo
 Heu tali hec gnato. tali illa orbata parente
 Qualem restituent tempora nulla sibi

p. candidus Genoni Amudano salutem

Demonuit me nuper epistola tua Genone carissime non solum presentis incommodi. quod ex obitu fratris Ambrosii nostri suscepimus. sed et recentis coloris Christophori mei Lampugnani. quem cum unice ex animo diligere unice colerem uisum est aliquo. ad illius decus atq; laudem adicere supremo funeri. Eulogium itaq; quod in ipsius lacrimabilem memoriam nouissime composui ad te mitto. Que enim leticia digna fuerit inter nos habundare tecum uideor cui casse tue que merorem et lacrimas exigunt accipio. Vale :-

Epitaphiu Christophori Lampugnani.

Si mei cum lacrimis differri funera possent
 Aut auro. aut precibus uita peracta pijs
 Non ego supremos huerem defunctus honores
 Nec premeret telis mors inimici tuus
 Nam uirtus pietas. et amor michi carus honesti
 Et genus auxilij promeruerit mecum
 Et laudata diu teneris spetiosa sub annis
 Effigies animo conlocata suo
 Sed lors leta parum felicibus inuida ceptis
 precidit uite canoia fila mee

p. candidus francisco picolpasso ad hinc Epō Salutem

Quoniam apud me nuper eoidit celestis Ambrosius Reuerendissime pater et domine. nec mediocriter tue dignitati succensere uisus est. q̄ cum illius famam magnopere uidearis excolere sic uolumina et libros negligas. ut in publicum prodire et doctorum oculis erubescat obseruari. Cui cum ut par est pro mutua inter nos beniuolentia uirtutem tuam excusassem quantiq̄ illum semper feceris exponerem et imaginem suam continuo a te coli et in delicijs haberi predicarem graui ut solebat supercilio. Atqui inquit non orationem ameta non corporis speciem. non ciuica hec et mania membra in magnis rebus aut expectandis unq̄m putauit referenda. sed que uirtute exemplo disciplina litteris posteritatiq̄ mandassem. cuius preclari laboris mei franciscum nostrum magis imitorem esse cupio. q̄m uultus et habitus. Sed nimirum que oculis subiciuntur. pluris faciunt homines q̄m que animo et mente solent contemplari. His igitur maxime permotus presul colendissime. cum querelam ipam in me magna ex parte intendo cognouissem. ambrosium nostrum pro tempore ornatum deprecatus sum ut ad te rediret tuamq̄ non inuiciti officij. nec fortasse reprehendendi exculationem acceptaret. Vale: f

Ceno amidanus. p. candido salutem

Litteras quas proficiscenti huc michi. et ad lapum dædas et angelum fratrem tuum cum primum illis redidi et optatissimas quidem quantum intelligere potui. Ex ipsius Lapi ad te his adiunctis epistolis intellecturum te facile arbitror. atq̄ fratrem plausurum. quem abs te absentem nichil magis q̄m epte tue delectant. Is dies multos ante reditum nostrum febre caruerat. uerum extirpatione cuiusdam porri. quod extrema parte nasi excreuerat nundu liber rubere magis q̄m ui aliqua coloris qui nullus erat. eam usq̄ in diem como continebatur. postea autem cum rari nos concesserimus nulq̄m illum in presentiarum usq̄ uidi qui hodie in ciuitate redi. puto tamen recte illum ualere. et te id ipsum suis litteris cognouisse. uocabulare illud grecum fratrem ambrosium tuo popolci nomine. Is te te per libenter audire uisus est atq̄ admirari uehementius ex florentia ubi liber ipse est. ad te minime ut litteris mandaret suis nuncijsq̄ fuisse transmissum. Sed litteras pro hac re restauraturum se statim ad illos apud quos est pollicitus fuit. asserens eodem etiam die se ad te scripsisse libros item politicorum platonis latios abs te factos pollicitus est se michi daturum. Magister thomas. cardinalis sancte Crucis. quos magistro philippo remitterem si id fecerit postq̄m illos uidero ut tua liberalitate concessisti. in remittendis ipsis operam nauabo meam. Codices nullos grecos redimere adhuc potui hinc absentia hinc nostra tum greci illius nostri cuius opera id fieri posse arbitratus eram recessu. Nam cum uenecias adiuerit

ad dies aliquot comoraturum se istuc inquit quamq̄ in reditu aduic-
turum se uoluminuz aliquot pollicitus est. Cum illic nonnulla habe-
re dicat. Iusto apud eum anuz nostrum pro eo secum conuocento. Nel-
cio quid assequar. Vale: /

Laurentius ualla Romanus orator p. candido salutem

Accepi nuper litteras tuas. et si semper expectatas et suaves nun-
qm̄ tamen expectatiores et suauiores in quibus me tu quitez
officio amicitie superasti. Quamqm̄ quis tecum in hac gene-
possit contendere. tamen est causa cur me uelim apud te uideri ex-
culatum non modo q̄ rarissimi hinc istuc comant. uerum etiam
quibz nam gentium ageres ignorabam. Ita enim te frequenter exer-
cent legationes ut nusqm̄ minus qm̄ Mediolani imoreris. Quod
si te sciuissem istuc manere mansurumq̄ dum littere mee ad te p-
ferrentur. noli queso ita male de beniuolentia mea sentire ut non
crebro ad te epistolas dedissem. Ego quidem magis. q̄ cum nullas abste-
acciperem cogebat te peregre esse suspicari. Cuius rei hoc et magnuz et
uetum argumentum erit q̄ ad te uenire destinaueram cum sex libez
quos de elegancia lingue latine composui. auditurus tuum super illis
cum iudicium tum consilium. Nam ut et sentio et sepe in ceteris homi-
num dixi. nemo litteratorum est quem tibi anteponam. nemo ami-
corum meorum quem non tibi posthabeam. Itaq̄ unius tuo iudicio
atq̄ consilio contentum me esse existimabam. ac fore existimo. Non-
dum opus edidi neq̄ eam nisi arbitratu tuo. Sed ne uenirem istuc
cum queoam negotia impedimento fuerunt tui uero odium panor-
mite tui qui ne hoc gaudii uoluptatisq̄ capiāt ex absentia mea. facit
quominus hinc abeam donec eum obscuratum fama profligatumq̄
omnibus bonis plane uidero. Nam fame claritatisq̄ tantum adhuc
super est quantum picturis multi pluuia euanescentibus et lioruz
ceterorum honorum ut iam incipit superstes erit. Itaq̄ absens cum
timeo. quem presens paruifacio atq̄ contempno. Timeo enim ne
ut est maleuolus in absentem aliquid confingat. aliquo mentiatur
Qui timor etiam si non me teneret tamen nolem illi monstro causa
esse uoluptatis si abirem etiam ad tempus. qui sum dum hic maneo
eodem causa coloris et ignominie. Michi crede Candide non iactan-
tie causa dicam. sed testimonij. feci ut et apud regem. et apud ceteros
panormita maxillimus esse uideatur. ut iam peruidere possis quan-
tum illius sit in me odium temptauit etiam precibus per amicos
comunes. per eos quorum auctoritas apud me multum ualeat. ut
reditemus in gratiam nunqm̄ perfecit neq̄ perficiet. deniq̄ si q̄s
inspicere cor eius possit non aliter me inuisum qm̄ canem habet
lepus ipse. Quam tanti boni quod nos inuicem fruere mur intercep-
tam. aut certe dilatam occasionem panormite assigna. Tamen aut
ipse feram mecum libros. aut mittam si te mansurum eo tempore

istic exploratum habuero. Deliberato etiam tetum nū illos Regi an ou-
ci inscribam. de quibus nolim multum promittere ne expectatio solet
sit maior uero Sed cum florentie essem et quasi prima manu deforma-
tos litteratis ostendissem mirum dictu quantum eorum animos ex-
citauerim ita ut certatim pro se quisque me rogarent. uel q. ad ipsos opus
scriberem uel q. de eis in illo honorificam aliquam facerem mentione.
uerum hec alias latius uale mitto. ad te uersiculos factos a me nuper
in panormitam. ut quantum ille a me ametur agnoscat.

Epigramma

Procerum pectus pueri tingitque capillum
Vxoris solitus dilaniare comas
Cur facis hoc bechatelle. quod hic non illa sit uxor
pedico speciem non mulieris amat

Epigramma

Censorem ueritus tonso bechatelle puello.
Censor enim rex est tela parata tenens
Corta metu. pullante tamen mulieris amantem
Te facis exclamans de pereco prohibam
De pereco prohibam. sed abest tibi pulio nusquam
Pulio qui modo uir. qui modo sit mulier
Pulio quem puerum dum credimus esse puella est
Pulio quem puerum creta puellus erit
Ecquis ideo nequam. uel uir uel femina nescit
Quas potius partes e muliere petas
Odit te. odit hilam illa tuuz nam dispate causa
femineum inuisum sentit uterque genus
Vis non uis fieri haud mirum bechatetulle adulter
Nec mas est tibi mas. nec mulier mulier
Viderit edippus quis nescis esse maritus
Esse queas mechus. an magis esse bechus
Viderit hec censor. cui uis dare uerba. sed ille
Verbera post gemina de ratione dabit

Libri secundus epistolarum nouissimarum explicuit

Incipit tercius qui continet eptas xxxij.

P. candidus. Simoni no giglino salutem
P. candidus. Reuerendissimo dno Nicolao cardinali scē crucis
P. candidus. Iacobo becheto salutem
P. candidus. Francisco pilolpasse Mediolanensi archiepo
P. candidus. ludouico tabino
P. candidus. Francisco pigolpasse Mediolanensi archiepo
ξ en

geno amodanus p. candido
 p. candidus · Nicolao arcembolto
 Mafeus mulianus · p. candido
 p. candidus · abunto solatio
 p. candidus · francisco pigolpasso Mediolanensi archiepo
 p. candidus · francisco picenino
 Zenonus epus baiocensis p. candido
 p. candidus · Ambrosio cruello
 Antonius ferrariensis p. candido
 p. candidus · Michaeli pigolpasso
 geno amodanus p. candido
 p. candidus · milano algato
 petrus soanenensis · p. candido
 p. candidus · peto soanenli
 Antonius ferrariensis p. candido
 p. candidus · Antonio salutem
 p. candidus · Lancioto croto
 Iacobus bechetus p. candido
 p. candidus Alberto constabili militi
 Arelminus triuultus · Antonio ferrariensi
 p. candidus · francisco pigolpasso Mediolanensi archiepo
 Michal pilolpassus · p. candido
 p. candidus Michaeli pigolpasso
 p. candidus · francisco pigolpasso Mediolanensi archiepo
 p. candidus · sub nomine angeli comitis campob. iensis lupo cas-
 telunculo
 p. candidus · Antonio bentuolio salutem

P candidus Simonino gylmo ducali secretario salutem

Non possum non laudare et extollere iudiciū tuum Simonine
 carissime in te mea fecisti enim annice ac prudenter ut solet
 omnia · Ceterum non est q̄ mireris tam multa et uaria
 scripsisse me ex habundantia enim cordis os loquitur · Nūc
 hil grauius qm̄ in fontem accusari in auditum contempnari · Vide-
 bar itaq̄ astringi ueritatis causa ad quolibet minuta referenda · Que
 postqm̄ a te cognita sunt et percepta · Satis est te fore protectorem
 mearum rerum · me autem innocentie mee esse testem · Vale :

p candidus Reuerendissimo dno uicario caduali Sancte Crucis

Miraberis scio · Reuerendissime pater · unice domine in cum litte-
 ras has inspexeris · miraberis inqm̄ ut qui pridem non tacitus
 sed elinguis pene fuerim erga dignitatem tuam · tam repente loquax
 effectus sim · Ad id quidem partim negligentia contigit partim

rerum hic gestarum turbine. in quibus nulla quies postquam ultimo tua pietas a nobis abiit. Itaque cum mentem meam et animus tibi ceuouissem. frustra arbitrabar quod tuum erat offerre ceno. et uerbis solum gratus arbitrari. Nunc autem uisum est aliquid ad te scribere ut sciat tua dignitas. quid cogitem. quid agam. uinō equidem reliqua tacente me porta loquitur. Quidenin gratum his esse potest qui perpetuis bellis. perpetuis obliuiscuntur cura. Nouit tua paternitas. que mens nobis. qui animus foret dum gallicae transalpine latissimos et inuberes campos transiremus. hostibus undique infestos eundem hic animus eandem curam esse puta. nisi quod hostes hic quos timemus aspiciamus istis opinione lepius quam retrepitantes. ut thomalius noster dictitabat eo securiores fuimus quo longius a ueritate distat rumor. Sed hec satis. Nichil est autem quod magis cupiam quam humanissimam faciem tuam intueri benignam manum tuam osculari que me caecam ex transalpinis tenebris ad Italiam lucem retulere. qua nil splendidius mihi cunctius. si paci modum imponeret dei manus unicum tamen in tot malis nobis superest auxilium quod illustrissimus dominus meus ut cupis optime se habet reliqua ita transeunt ut nichil humano consilio. sed diuino duntaxat auxilio fieri arbitremur. Hec paucula scripsisse libuit pater optime ut uicissim dignitatis tue comoda sentirem ex suis litteris. quam felicissime conseruare dignetur altissimus

p. candidus Jacobo bechero modoetesi salutem

Antonius socius meus cui transcribendam tibi orationem illam in Januam. quam principi nostro transmissi. nuper michi retulit non admodum diligenter ipsam cum exemplari reuoluisse. aut correxisse propter dubitatum a plerisque principis discessum ab hac urbe sed ita succinate exaritam transmississe. Quare cum multa aut minus perfecte uel seorsum adiuncta esse possint his annexum exemplar ita lituratum ut a me dimissum est tibi mitto. Cum enim non dubitem illam ad manus tuas peruenturam gratissimum michi feceris si portuunculam aliquam temporis occupationibus tuis tempseris. et huiusmodi correctioni impolueris. priusquam in uulgus emanarit. In qua re utere libertate stuois tuis debita. Ita enim illam tibi placuisse credam cum partes aliquas displicuisse cognouero. Vale: ♪

p. candidus francisco nigolpasse mediolanensi presuli

Quoniam nichil ago utilius per libenter plim tuum libro inspicerem. prorsus utique an emendatione magna moueant. et quid et quatinus per me fieri possit estimaturus. verum enim ne minimum ingenio meo consuluisse uidear. si opus ut intelligo. etate nostra mendacissimum ipse emendare coner. aut humanitati tue nequaquam mouisse si diffiderim. Vale: ♪

p. candidus ludouico Cabino Salutem

Distuli ad te accedere prioribus curis implicatus teneor enim ab istis prouincibus neminem explicantibus nisi exhausto prius sanguine et uenis manitis. Hec iteo scripsi ut causam more causam cure mee intelligas. Vale: f

p. candidus franco picolpasso mediolanensi presuli

Hattemus quintilianii tui libros uidisse memineram nunc me illos legisse profiteor non dum tamen olfecisse. nulla satis digna laus tanto ac tam diuino operi impendi potest ab his qui eloquentie diffidunt uixit enim non sibi tantum sed omnibus q bene uixit qui huiusmodi doctrine elegantiam ad posteros usq transmissit. unum non omiserim ut decimus eiusdem librum. decimus inq. qm attentissime et accuratissime legas nichil profecto eruditius. dicam an utilius legisse fatebere. Non est tamen q liturice meis illam fidem impartiri uelis. quam nos oraculis solemnibus impendere. Scripsi equidem fideliter. sed minus fortasse feliciter exemplo destitutus. nichil antiquius michi existimans qm tue obtemperare dignitati. Vale: f

Seno Amiano. p. candido Salutem

Rexodi bariensi pontifici quas michi ad te uexeras litteras simulq etiam uicauit que de homero cum Iohanne aurispam fieri optares. Id te primuz quod illi retuleram uisus est perlibenter audire. nam te quoq imprimis illi commendaram. demum pollicitus est operam quamcumq suam apud aurispam ipm ut tibi de homero satisfaceret. Quem et si sic facturum minime dubitaret pro sua me beniuolentia tamen quia ego is sum quem tua me humanitate delectum. iteo reddidisti ut lubentissime omnia hisce in rebus quas tibi cure fore intelligam prestiturus sum officia. Aurispam ipm conueni tuumq illi desiderium patefeci abunde. Is colere admodum uisus est tuam hanc petendi tarditatem. quanto quidem aiebat potuisse tibi per hec tempora. quibus apud nos greci fuerunt nullo fere negotio satisfacere. cum multi essent scriptores. qui non magno opus ipsum transcripissent. Quod nunc fieri tam commode minime posset. Sui autem quantum illius uerba intelligo non libenter pateretur se priuatum rei postea autem cum ad dies aliquot offendissem eum. libiq de te. de p. petitione prima uerba misit. respondit se iam magnam cartarum partem comparasse ut homerum tuo nomine transcribi faciat aut enim grecum quemda librariuz ex illo numero hic remansurum uerum optare se abste certiore fieri uixam ne. an illudam manus uel totum opus. Sic q hortatus est me ad te scriberem. Tu itaq rescribere ad me potes q cupias. quo et ego certiore illum efficere possim. Mirari posse ip non mediocriter uicebatur q tribus eplis ad te suis nichil rescripseris

precipue cum allegaret te in rescribendo solitum esse omniuz impigerrimuz. Si itaq; tibi iussum fuerit poteris et ad se tuatum aliquid dare. Ad duxi tamen pro exultatione tua potuisse fieri ut multorum uel in curia uel perfidia quoq; est. q; sue tibi redite minime essent. Quamq; affirmabat ipse se scire ad te peruensse illas. Doleo tam lero nos aduermisse huc cum tui tum Lampugnini nostri ob gratiam. quanto quidem uereor nichil iam grecorum uoluminuz redimi posse cum sces litterati greci ante nos abissent. quamq; quantum aut ipsa ipse. quantum Carolus arretinus. quantum item Centius. dixere michi. mira apud illos preterq; factorum uoluminuz paucitas fuerat. Atq; hec argumento esse aiunt. q; cum ipsi emere aliquot instituisent. michi uenale comperitum est. Item quoq; affirmat michi grecus quidam consuetudine aliqua michi familiaris. cum dicat huiusmodi uolumina uenetis relicta. Ex quo uoleo uotis tuis nichil a me latil. factum esse propter singularem humanitatem et beniuolentiam in me tuam. Vale: /

P. candidus Nicolao arcemboldo Jurisconsulto salutem

P Ex hoc tempore migratum coniectus in otium nec in omnino ferendum ratus quippe cum nature tum consuetudini mee repugnat . agendum aliquid sumere cogitavi . quo non otii modo redium profligari . sed temporis quoque cursus cum oblectatione transmitti posset . Erat apud me Curci de gestis Alexandri liber uaria manus turpiter et inerte scripserat . literature multiformis et discors spes aspectu reodebat inuenustum . infinitus ac damnabilis errorum cumulus studio prebebat ineptum . Hunc emendatum pro uiribus et correctum facere mens fuit . datoque initio cum frequentibus locis ita reperirem erroribus errores incultatos . ut ulla uix extricari sententia posset adiutore opus esse censens . alterum adhibui Curtium qui dilucioaret errata . uerum et is amphioribus adeo uicinis laborare compertus est ut corrigi melius quam corrigere suum esset . Inignas igitur et dolens quod extinctis eius commentarij principibus relictam quoque partem librariorum impericia sic reformando peruerteret ut in omnis aufereretur legendi uoluptas institui manu mea nouum exarare uolumen . Consilium ex duobus improbis haud ignobilem posse tertium educi cum ex uerisimili non debuissent ambo hanc locis et partibus eosdem in errores conuolare . quin potius . alter ubi perperam alter recte sentiendo possent sibi uicissim ad rectum et uerum subleuare . Hac opinione quod institueram sum aggressus . Et initio quidem plusculos bene successit dies . cum in neutro fere notabile uicium offenderem . Ceptum tamen inuicem . nunc . alter mentiri . Sed cum et ambo nondum conuenissent . alter alterius errores ostendentes . mutuo sibi auxilio erant . ipseque de utroque triumphans rectum agebam iter . tunc ad interiora penetranti . latens apparuit et insperatus morbus . Erat uterque frequentibus intricatis et insolubilibus uicinis inuodatus . nec spes erat unius egritudinem alterius posse cura sanari . Jam non dissentebant inuicem uti prius . Jam ad insinuandos errores mutuam negabant operam . Jam utriusque una uox unus tenor item uerborum ordo item in prauitate contextus . profecto et crederes . aut ab eodem exemplari ambo . aut ab altero alterum esse trauctum . Stupentem in tanto ruditatis consensu . ac dolentem operis redium inuasit . consilium penituit . stetitque animus quod inchoatum erat delere cogitans . penesque sic acturus . manum ad moueram cum statim auctoris tanti reuerentia quedam subiit ciuitatemque ad huc . et dubius reuocauit . Videbat michi irreligiosum quod moliri et in propriam Curci personam inuehi si futurum ad eius laudem opus emedio taliter abstulisset . Criminosum uidebatur quod mul

torum labor dierum extitisset. id momento dissipare magniq; confecta parte reliquum intermitteri. persuadebam michi non de futuros. a quibus alios generis huius copias ad meum bene componendum sperare possem. et id quanto me falleret comendabilius uidebatur. Curtius aliquem qualiscumq; foret habere qm nullum has cogitationes uoluerit placuit et quod extabat seruire et reliquias totas persequi. Sicq; firmata mente repetitis calamus uiciola multa perambulans singulaq; memorabili nota signans. ad finem usq; prouectus est. Habeo itaq; curtius quo minus inepte fieri potuit absolutum. Qui cum permittenti michi placiturus sit emendatum si facere licuerit alios eiusdem professionis aduocare commentarios institui qui premissorum errata manifestius indicent. ac ad noui me uoluntatis ordinationem instruant dirigantq;. Te igitur cuius in me beniuolentia frui posse michi uideor oro queso ut curtii tui librum tantisper michi permitendum existimes. quo ad ope sua disponi recte meus queat. In quo quidem haud longi moram temporis futuram arbitror et quanta cumq; contingat si eius interim presentiam concupiscas petitus nichil aberit uotum sciens tuum nichil morabitur. Non diffitebor alios esse complures a quibus officij tantillum impetrare confido sed nouas ineptias incidere uereor. Apud te uero tanta intelligentia prestantem esse minus elegantem librum credi nephas puto. Suppelles enim domino coaptantur. nec imprudentie contubernio ruitati sedes est. Habes ornatissime Candide quid per hos felices dies egerim. que michi ad id persuasio fuerit. quid intendam quid exoptem. Superest ut Curtii uicem et non satis erudita scriptorum ingenia coleas nec indignum me putes cuius a te desiderium impleatur. Jam fortassis. et oculos et animuz tuu inulli sermonis offendit uerbolitas. Cum hanc ipam petitionem breuissima complecti oratione potuerim. quasi quidem alteri scribens uisus essem. Apud te pro ueteri mea in uirtutes tuas obseruantia. longiori iuuat epla commorari non satis habens quid uellem exponere nisi et uoluntatis et consilij mei ratio redderetur. Vale. et me tibi sic uotum existime ut paucissimos habeam quibus magis.

P. CANDIDUS ABUNDIO SOLARIO SALUTEM

Resum michi excussit epla tua. dum enim uehemens desiderium tuum erga curtium diligenter explicas. non inueniste exemplariorum mentes annotasti. uidebar. ac esse legens. et ea parti q tu ipse scribendi studio perpessus es. Subnit demte recordatio optimi et humanissimi genitoris mei. qui se penumero cibibus oblectari solitus referebat. nullum homini casus periculum adesse ni peres ambo conuassent. plerunq; et enim uno destitutum corporis ab altero simultate quoadam destineri uariog; inter se lapsu conflictari ut uno propellente obstaret alter. At uero cum laboris tedio. aut

alia quavis causa illi succenserent utrosque convenire et tempore locoque
obseruare corpus. Ita fallentes ambo cum neuter oblisteret. trudi plerum
que hominem ex huiusmodi conuentione in latrinam cenamque uel quod
piam reformius. Ceterum ut ad postulationem tuam rectam est apud
me curcij liber satis ementatus eademque historia grecis litteris egre
gie conscripta ita ut ne unico quidem uerbo queam accipi quem
tuis stionis ut meis uicissim offero. tu Vale et rebus tuis auoacter
utere

P. candidus Iacobo abiate salutem

Petis a me ut quid amorem esse existimem tibi scribam nempe
qui tuo iudicio non ignobilis est stimulus si discretionis du
taxat modum non excesserit. Egregia profecto interrogatio
et quouis preclaro ingenio dignissima nisi quod a multis et quidem
prestantibus uicis memorie commendata est et si dissimilitudo que
cum inter eos non exiguam menti nostre dubitationem antepo
nat plato philosophorum omnium longe princeps amorem honest
tissimam quandam affectionem esse putat. si quidem eo motu gu
bernetur ut rationis uere modum non excedat sic inueniens. Rec
tus quippe amor ornatum bonumque temperate ac mulice amare
est nichil enim furiosum aut impudicicie conuictum amori rec
to adiciendum est nec ipsa profecto adicienda est uoluptas recte
potissimum amato amanti que hec platonis uerba sunt. M. cicero
eximius orator conuerso nomen uulgo consuetum imitatus hanc
uerbis amorem uehementer reprehendit. totus uero iste qui uulgo
appellatur amor nec hercle inuenio quo nomine alio appellari pos
sit tante leuitatis est. ut nichil uideam quod putem conferendum. hec ou
orum illustrium uirorum opinioniones sunt ut premisimus. que qua
quam inter se uiscere uideantur ut petitioni tue satisfactam perco
mote a nobis quibunt concordari. si quidem non ad opinionem
uulgi sed ad ueram amoris significationem solum uenimus in
quire philicorum opinio imprimis explicanda est qui amorem
hoc modo diffiniunt. Amor est uirtus calide nature et melior quidem
ex eo est qui ad altiora prouehitur nam animos illustrat generosos
segniciem fugat. excelsa quoque opera et egregia proponit in hoc solus
deest. cum ad libidinem declinat. ex qua diffinitione et plato
nis opinio et ciceronis neutrumque deferre uidebuntur. si uerum honestu
que amorem a libidinose uelimus sepetare. Sed his opinionibus omis
sis uel clarius expositis quid amorem ipse autumet ut queris breuit
exponam ut non tibi solum uerum multis qui secus sensisse uide
antur hac mea oratione satisfactam. Puto ego nichil in terris ad
anima genitum esse perfectius eamque quouisque ab omni uicio ac la
be pura fuerit ex propria sui natura et origini sue imprimis si
milari eumque ut ducem ac principem in omni opere continuo imita

no errauisti plerique in
long. trahendo. e. cur
tui in uulgaro simone.

plato de amice.

M. cicero

impro

Opinio philicorum
de amore.

Diffini^o amoris sedm
p. candidus

tem nequaquam ab illius dilectione segregari. Auoi psalmistam sic loquentem. quoniam dilecta tabernacula tua domine uirtutum. concupiscit et deficit anima mea in aeterna dei ut huiusmodi amorem erga deum adeo eximium ostenderet ut anima pre illius contemplatione deficere uideatur qui quidem amor rite perfectus appellari potest cum quod deo solum gratum est amat atque cupit. Et quemadmodum ab ipso deo ex limero diuinitat amore non aliqua ex necessitate aia creata est ut iuste uitam agentis conspectum suum queat promereri sic illa tanti beneficii non immemor aut ingrata nil preter creatorem suum diligit ac suspirat. sentis Iacobe eruditissime quid de amore uero et hoc nomine digno breuiter intelligam. Vale: f

p. candidus francisco bartholomaeo cui ueneti salutem

Heri apud nos disputabat hermolaus tuus uir doctissimus et tuu amantissimus utque ingenio claro et ardenti minuta queque non solum magna diuinitat querebatur male sumpta de grecis apud latinos deterius a non nullis et quidem doctis uiris interpretari afferrebat rationes iudicio dignas. subit itaque memoria que alias scripserim de cerua illa sertonij a leonardo nostro omilla. locutusque sum ut in coronis liberius est disceptandi mos inter amicos. Ille autem ardentius instabat non omitti solum sed multa indeterius uerti a multis inter quos non nomine sed nutu quodam arentinum designabat. milti accuratius ut que sentiret amicissimo suo expromere non uereretur. ad catonem inquit tuum reuertaris. statim intellexi ingenium hominis et curam partesque sumptas a plutarcho tibi scripsi ut uideas. nichil hermolaus iudicio sincerius aut uerius nichil eloquentie interdum fiducia dementius. Vale: f

leonardus arretinus ex plutarcho in catonis uita

Per ad huc cum esset cato latini summo studio conati sunt ut in ciuitatem reciperentur quia de causa cum pompeio sillo uir militaris sumeque inter socios autoritatis propter amicitiam que tibi cum orulo erat cum eius multos dies obuersaretur puerisque familiarior factus eos rogasset. ut socios populi romani in impetranda ciuitate apud anunculum uiuarent capione se id facturum comiter significante. cato constanti uultu se nunquam facturum respondit. Cum uero sepius atque iterum interpellatus nichilo magis electeretur pompeio in excellentiam eorum partem leuatum abiecturum se illum nisi precibus annueret cominatus est atque ita manibus suspensum efferens immanis uultu et acerba uoce concussit neque tamen ab incepto monere illum potuit. Itaque deponens eum pompeio ad socios conuersus gratulem inquit nobis hunc esse puerum. qui si uir esset. nullo modo ciuitatem sperare nobis liceret: f

Candidus ex eodem ad uerbum

Per cum adhuc esset cato. loci romanorum quesiuere ut participes

ciuitatis rome fierent. quidam uero pompeius fillo uir militaris et
magne dignitatis druso amicitia coniunctus. moratus est apud ipm
pluribus diebus in quibus pueris amicus factus. Age inquit pro no-
bis rogare amicum ut nos sacros ciuitatis asciscat. Capió autem sub-
ridens laudauit. Catone uero nichil respondente et respiciente uersus
exteros se uere et rigide pompeius Tu autem inquit puer quid ad hec
dixis. Nun similiter hos exteros suscipere uis apud amicum que
admodum et frater tuus. nichil loquente catone sed tacite uultu
abnuere deprecationem ostendente eleuans ipm pompeius super
fenestras quasi deiecturus confiteri iussit uel deiecturum minatus
simul uocaturbata utens et manibus elatum corpus sepius super fe-
nestras concutiens. postqm longo tempore se sustinuit cato intrepí-
dus et sine timore exponens ipsum pompeius quiete uersus amicos
dixit qm bona felicitis italie qd puer hic est qui si uir foret non lice-
ret decretum pro nobis in populo fieri

*Antonius panormita sub nomine feruandí Alphoní regis filii
ad illu. duccm Ali.*

D Tu ueritus sum si puerculus ego uobis tanto principi scriberem.
ne arrogans uiderer. Contra si benefactori non scriberem. ingra-
tus essem. Vicit tantem sententia ut scriberem habereq; potius
arrogans qm ingratus. Eo maxime qd si quid inepte prolocutus fueri
danda erit etati uenia. Salue igitur dux inuictissime Ego feruinan-
dulus Alphoní Regis filius nuper ex hispania me contuli in italia
Non minus hercule uestri uisendi gratia qm patris nec tam patris ca-
ritate allectus qm meritis et uirtute uestra plane diuina. Deo atq;
educor. autem in presentia sub patre optimo studeoq; eius institutis
talis euadere. qualis et esse et uicari debeat Regis filius. Duo michi max-
ime proponuntur uirtus et amor uestri. uirtutem deus ipse tribu-
erit. et patris cura. Ego quidem ut dixi ne a maioribus meis de gene-
rem operam co. amorem uero uestri usq; ad postremos cineres perua-
turus sum. Colam uos obseruabo uos uenerabor uos. Meq; semper et
debitorem et beneficiarium inclite uirtutis uestre profitebor Signu
uero mee huius uoluntatis ac propositi memet ipsum uobis conoto
Exiguum profecto conum. Sed si uos libenter acceperitis magnum. so-
lectis enim uos maximi ac principes uiri que uilia sunt cum illa
acceptatis utiq; statuatis preciosa et preclara reddere. Suscipite igit
munusculum meum libens uos queso atq; obsecro princeps humanis-
sime. Saltem ut ob hoc michi onus iniunctum uideatur ita uiuendi
ita adolecendi ut uobis aliquanto dignum conum iudicari queaz
Valete :/

p. candidus sub noue ill. oucis Ali. ad feruandou. alfosí regí filiu

Magnam meo lem probitatis ac uirtutis ex litteris tuis. agnouimus.
Illustris fili noster dilectissime et que non solum paternam

emuletur claritatem sed illius prudentie grauitatis humanitatisque
effigiem nobis anteponat. Quis enim nisi tali rege genitus regisque
educatus institutis regium prestabit animus. aut puerculus ut
ipse es ea edisseret que uix a maioribus natu solemus expectare. Tuam
itaque Ferdinande dulcissime erga personam nostram caritatem pro-
pensissimumque in nos amorem tuum multiplicimus admittimus
et in melius adaugemus. ac de tuo in Italiam aduentu gratulamur
cum tui presentia non minus satisfactum sit amori nostro quam
paterne pietati. Nam quo tibi ac tuis propinquiores sumus eo le-
tiores degimus. Sequere igitur bene auspiciantis animi tui impetu
ac uirtuti ut cepisti te totum deuote. que te maioribus tuis parem
aut certe non abhominem est reditura. Habes optimus et gloriosissi-
mum genitorem tuum. a quo uirtutem ipsam uerumque laborem po-
tes discere. fortunam ex aliis etenim quo ceteris prestantior et clarior
euaseris. eo carius nobis et acceptius futurum est tuum munus quod
profecto leto animo cordeque complectimur non gratias solum relaturi
tue humanitati pro tanto ac tam singulari dono sed aliquando in me-
lius redditori quicquid accepauimus.

Antonius Ferraricus p. cuncto salutem.

Tronisculis sed gratissimas a Simonino nostro litteras tuas accepi.
Quibus ab eodem intellexisse uideris et te incolumem fecisse et a
magnifico heros discessisse. sic quidem contigit uerumtamen
nulla interiecta maluolentia. nullo temere perpetrato repudio singu-
laris. Nam amor incesserat ut in ueteris domini familiaritate persistes
Illustri quoque Leonello famularer cui iamdiu ut ipse scis spem. uitam.
omnia studia mores que deuoui. Quin etiam idem Ugucio et discessu
hunc exhortatus est et quod potuit cum Illustribus. Marchione et
Leonello pro me intercedere et orare non cessit. Causam tamen ut
queque fuerit quo ue nunc in statu uerlet quid michi ipse confidat
a Simonino et a Maynerio te scire mauehim. quam his litteris meis
intelligere. Nescio quorsus tandem seles res extentent. sed ut feliciori-
bus post hac hostijs experimus. Nam quid michi cum Ugucione pre-
terita familiaritas. quid plerumque cum ipso magnanimo Leonello
laudata colloquia et congressiones profuere. cum mea nunc gymnasia
carmina scripta despiciantur. Nempe nouum hinc infelixque
responsum tantum uel credidissim uel sperassem. quantum
aut sole celum aut aquis mare cariturum. Sed fortasse melior fortu-
na consequetur. et dabit his deus finem ut humanissimus idem U-
gucio heros meus et preceptor plerumque solari consueuit. Nunquid
inter ea melius uel expectare uel exoptare contigerit quam istorum prin-
cipum clementiam. quam singularem orbe predicant. Quod si nec
me seruitio exire liceat. nec tam presentis alibi cognoscere diuos quis
tam optimi uiri status ac seruitute liberior esse possit. uel que

(mappa dicitur in medio)

libertas tantorum dominorum familiaritate prestancior. In istis
igitur nec nisi abscissa omni spe disprectam. aut artem illius omi-
tam. horum oucum effigies contemplabor uirtutem et gloriam de-
sequar potentiam contremiscam et ut ante hac semper libensq; feci
ita deinceps nichil pro suis uel eplis uel carminibus. uel ceteris stu-
diis meis imitar quod non ad eorum laudem et decus referatur. atq;
utnam ea dicendi copia suppetat. que aut tanti principatus digni-
tatem exequet aut desiderium meum explere possit. et quamq; si no-
tenuo sperata contingent. ad speculandum tamen regressus patienter
tempus conteram. quiq; tocies alios consolatus me ipsum consolet
aliquando. non parum eis morem gessisse credidero. dum singula-
rem erga se deuotionem meam exhauriant. Porro multis me dig-
num munus extimari absq; eorum familiaritate prestiterit. qm
cum ipsis dominus et regis magistratibus nulla promereri. Cui ue-
ro utraq; affluant non ab re felicior esse contenderim. Sed ita
fiet ut qui me liberalitate sua uincere uoluerint mea saltem caritate
superentur. Quod Simonini michi consiliuz et auxiliuz profutu-
rum exhortaris minime despiciam et imprimis uigilantia mei
beniuolentiam non modo non relinquam. uerum etiam illum x
qui me hospicio uiuit cuius mensis accubui. qui me beneficiis et ho-
noribus insigniuit. omnibus ceptis meis anteponam. Nam cuius
animus ferat has perpetuo letas incolere ut quas pro ablo et malo-
rum requie delegerim quotantem propinquiore aut fideliori pa-
trocinio frui possim tantum ut huic italie laboranti faueat tantu-
q; ingenio suo et sapientia pacatam reddat. atq; omnibus humani-
tate proficiat. quantum ceteri duces tumultu bellisq; lacessierunt.
Tu iam. Vale. Que m policia tua corrigenda memorasti qm primu-
a me corrigentur. iterum. Vale : ✓

P. canoidus Antonio fratru salutem

Aluxius. Manerius tibi refert erotimata greca seu mauia
Latine. interrogationes gramaticas. ordinatas per uicem illul-
trem Emanuelem Crisolam. et transcriptas manu genitoris
nostri ea lege ut tenuo ad me reuertantur scriptura. autem simplex
est. carensq; omni ornatu grecarum litterarum nec enim spiritus
aut toni locus cebitis ascripti sunt. quod ad rem non nichil atti-
net. ceterum tuobus adhibentur ut mollis quedam medicina. quo
ad pharmaca grauiora pati assuescant. Scio guarinuz eiusq; sequa-
ces amphoribus uti regulis. sed nichil interest dum ad id quod cupim^{us}
accedatur. tota enim uis grece discipline in uocabulorum copia con-
sistit. que ex multorum uoluminum lectione percipitur preterea lin-
guarum diuersitas nequaquam his angustiis potest cohiberi. aliter
enim attici loquuntur aliter corici. aliter ionici. comunis quoq; lin-
gua ab his discrepat. Expertus loquor nullum mare tam amplum

Quis ei non credet et multa
cognoscat. mihi tua scripta
videant.

nulla profunda uastitas obscurior cum ingressus sis obstupesces ac barbara quodammodo lingua uidebitur. demum mitescant assuetudine diriora ac postremo dulcia uidebuntur et iocunda. dampnabilisq; pauperiem lingue nostre et quasi ruiditatem quandam imitandi. uellem homeri pœmata seu manū picturas intelligeres. demum ad maronem nostrum aciem intendentes uideres omnia furto subtracta nichil tamen ad illam celestem armoniam posse conferri. adeo cecus ille non ingenio modo sed copia lingue confusus iocunde modulatur et personat ut nichil dulcius. nichil elegantius. nichil copiosius aut perfectius dici possit aut cogitari. Sed hec alias. Ceterum rem non facilem ingrederis. sed cui tempore opus est et ut ille inquit nunc animis opus nunc pectore firmo. Vale: f

Lampugninus viragus p. candido salutem

Dixissem nichil me gratius uidere potuisse. qm̄ litteras tuas. nisi statim congressus tui in mentem uenisset ea res fuisset nimirum omnium iocundissima quod te ipsum existimo aliquanto animaduertere potuisse cum una fuimus. sed quoniam hoc ipsum fieri tam commode non potest dicam uerissime ex huiusmodi rebus nichil gratius nichil iocundius uidere me potuisse qm̄ suauissimas easdem litteras tuas ne uero ad eas statim rescriberem fuit impedimento subsequens. statim iter nostrum in ripetram lacus garæ seu benaci malis. nam nuntiatum fuerat hostes nostros oppugnatum uenisse montem quendam horum comitum archis. quem quidem nagi uocant. is uero locus ut indigene regionis gnati aiebant. multas quidem oportunitates affert his conuentionibus. et hoc belli statu si pro nobis teneatur. amissus. autem difficultates nobis maxime et turbationes afferebat. quas obcausas res digna uidebatur ut Talianus iret et enim ductor ille etiam si cum maioribus comparetur in lignis eo se iam iturum obtulerat. sicq; imperatori placuit. statimq; discedentes alto iam sole salouium ante uesperas peruenimus. celerina ut aiunt celeritate usi is quidem cum paucis equitibus primus cetera manus sublequebatur imperateq; statim parateq; naues fuere nam id erat consilium ut cum ceteri uenissent qui continue adueniebant in sequenti nocte cohortes ille in uicina hostibus loca traicerentur. minime conspexerit si fieri potuisset. erant quidem equites non multi electi tamen sed proitum pars maior. ita enim locus ipse polcebat sed cum prope ascensuri essemus audiuiimus hostes ipsos discessisse ac paulo post certiores facti eosdem ab oppugnatione loci repullos cum non parua suorum iactura turpiter ad extremum discessisse. postmodum in castra rediimus. ubi eodem die non multo post reditum ipsum mantium habuimus non mediocris morbi uxoris Taliani filieq; maioris. ita ut periculum mortis utriq; imminere diceretur. qua necessitate compulsus talianus item castraleonem uenit ubi et res ipsas meliusculis factas offendimus. nec tam graues tamen fuisse. qm̄ nunciate fuerant. sed quoquomodo ego nichilominus horum dierum qm̄ plurimuz. et quidem integroz

. benacus lacus .

. Mons nagi .

id est Insequenti

iacuram feci: ita ut nullam prorsus horam studij nostris impartiri potuerim. uixque has scribere potui. quam rem equidem hoc tempore molestius tuli. quo tu amicissime humanissimeque ad studia ipsa hortaris. *de Πιοδίο* puto esse ut scribis sed quia multa apud illos quoque in propria sunt potest hoc annotari si forte et alibi reperiat res philelfi non aliter agi soleo. fuisse enim uir ille perutilis non illi quidem quem tu probe facitissimeque descripsisti. sed nolem te tam ueridicum uatem in hoc extitisse. quod ego contra si affuissem omnibus illecebris contentissem si unquam ex incertitudine ipsa certi aliquid elici potuissem. sed de hoc iam multa quinque libros policie platonis. quibus tu spem meam alis si quando otium datur. te perfecisse sum me gaudeo eaque res in argumento esse litis potest. te nobile illud ingenium tuum haud obtorpescere sinere sed eum potius in rebus prorsus illo dignissimis exercere. quo nichil melius esse nichil dici laudabilius potest. est enim dignissimus tui plato itaque studio tuo gratulor quod uero ad me scripsisti ago gratias. atque utinam referre possim aliquo rerum istarum castrelium letissimo nuntio quod breui fore omni bene uolentibus spero ultimisque epistole tue uersiculus ex museo fuit qui omnium ferme antiquissimus ut audio poetarum nimis apte tamen ad hoc noua tempora locutus uidetur. uitas tua ex plutarco totiens cum post discessum meum antea mihi legi ut iam assiduus nimis atque ideo minus gratus stomacho tibi sit eas igitur tibi remissurus sum. sed utrum cum his simul nundum *latis* constitui tibi tamen necesse erit cum mittam eaque loco aliquid aliud mittere non magni uoluminis opus. quod uiderio tuo relinquo sed si nil aliud mittendum existimabis ut plalterium tuum grecum mittas oro et si enim huiusmodi libri ut tu uerissime putas non tantum habeant uocabulorum copiam id habent tamen quod expressius et magis proprie interpretati clariorem certioreque noticiam uocabulorum prebent. atque interim aut ego mediolanum ueniam aut inferius uadens aliquo in eis locis inueniam. Veronam mantuanam uersus. tu nunc etiam si quid in negotio philelfi spei relictum est. ne deseras quidem nam eueniunt interduum. que iam desperata erant. Vale et me quod facis ama equidem id mutuo facio: *f*

museus

p. candidus lampugnino hirago salutem.

Magnacipio uoluptatem ex tuis litteris ex quibus non bellicas solum exercitationes tuas sed studiorum diligentiam inter tot armorum strepitus intelligo magna laus ingenij tui magna eorum apud quos ista et legere potes et scribere. Seruolius eadem fateor explicas mira eloquentia. et ueteri dicendi lege iam ignota nostris cancellaris. et iam pridem ex oleta sine temporum delicia sine fatali quadam sorte ita uolente res humanas ut quemadmodum non idem habitus sit uestium et ornamentorum assiduus. itidem non eadem cura uirtutis quid enim aliud lre nisi uirtutis instrumenta percipiente. et liberius pertractate

certus ille uir sibi uideatur. qui in populo de his rebus disserit. qui utrumque
curam gerit non in iocundam de mercibus cum suis fabulatur. aut his
quibus allicitus est necessitudine quam rei familiaris. quantoque di-
ligentius explicat que magis in causa sunt uidet eruditione. Tu itaque q-
de magnis et excellis. et longe a uulgi opinione distantibus rebus elegan-
tissime disputas. quanto certis prudentior habeat et eruditior. non
meum solum sed aliorum sit iudicium. Vale: —

Lampugninus brigus p. candide salutem

Nunc denique paulo quietiore animo scribere ad te his rebus possum.
Antea cuius mentem aut manum constare potuisse exultima es
cum respirare uix licet ita nos et labores assidui. et pericula omnia
circustabant. nam nec ab incursibus superuentibusque hostibus. ob tan-
tam propinquitatem tua esse poteramus. tantaque in nos ab urbe ipsa
ageribusque suis extra murorum ambitum tormentorum uis directa
erat. ut nichil nobis omnino tuti quieti ue esset. eaque necessitas nobis
a primo quo huc uenimus die. qui fuit ad nonas nouembriis in quiti-
num diem sextum ue curauit. erant quidem bombardae quam plures om-
nigenis machine minores laxis uaculis sagittis apud nos omnia reple-
bantur. stridebat aet continue. uolantibus molaribus aut telis. neque
id erat prepotenti munusculumque urbi factu difficile. uel ex proximi-
tate nostra. nam super fossam urbis stationes habemus. uel non in his
etiam depressione loci ipsius in quo sumus. nam prona omnia exorsu
feruntur. eratque rei facies que plane ridenti posset si quis tamen procul
a periculo constitutus fuisset. ut quos paulo ante brisiam oppugna-
bimus nec uisisses eodem accerrime in stationibus oppugnari. quo-
dammodo cerneret. et obsessis potius quam obsidentibus similes uideri.
nam cogebamur ob bombardarum machinarumque impetus armate
comos formices quosque latebrasque ad tutelam querere. loca sepius mu-
tare que nulla habere certa poteramus. nam in ea loca potissimum
omnia congeriebantur tela. ad que maiorem multitudinem nostru
se recipere uidebantur nec ideo latere poterat. quid uos inquit. ea
potissimum loca eligere persuasit. cum alia pleraque. tum uero templo-
rum domorumque quorundam oportunitas ut prima sece locata in
geminas partes sursum exorsum ue spargeremur. urbem ab ea par-
te circumplectentes. neque tamen in hoc loco totus est exercitus sed ma-
gnificus. Talianus cum suis uir mi candide et laborum patientissi-
mus et maxime animi et consilii singularis. estque paulo longius super
nos quosdam alio in templo huius etatis precipuus imperator noster
Magnanimus. et paulo infra se magnificus Aluysius Lanseuerinus
aliique praeterea in dies disponuntur. sed ad Talianum superioraque retro
nunquam tamen inter tot difficultates intermissum est interim aut
fossas ouare. uias sternere. operumque repagula firmare omnia denique

preparare quo duci quoniam primum iactareq; bombardæ nostræ possent. ne
 quod dies noctesque ullas unquam Taliatus ipse quærit conecio perfectum
 est. et quidem ceteros quoque labor ipse nimirum iuuabat. in tam
 insigni Magnificoq; mæpto. itaque nunc tandem non solum nris
 lapidibus muri quidem urbis iaciuntur. sed nostri quoque aeris ino-
 natione toti circa quatiuntur casuris similes. tormenta uero ipsa
 contra nos ducta deturbata. quosque in dies alacriores sumus hostibus
 terror diffidentiaque accrescere uidetur. in bribus certe non medio-
 criter laborauimus his diebus. sed tamen ita fuit ut propositum
 nobis ab incio uideatur. difficultates omnes omnino superare ut
 uincamus. quod deus bene iuuantibus breui fiet neque enim longu-
 euasura est brisia manus nostras. ita tenetur. suntque preterea ar-
 mis nostris omnia cessura. atque inuictissimo principi nro morta-
 le decus in omnia secula permanens cura ut ualeas in negotiophi-
 lelto siquid adhuc spei reliquus est. ne extinguere sinas oro et me quod
 facis ama iterum. Vale. ex felicissimis et super fossam ipsam politis
 contra brisiam castris ducalibus.

Multa elusus es tua
 opinione.

P. candidus Spectato Jurisconsulto Scene de curte salutem

Gaius Antonius germanus tuus. nouum in me suscitatur certame-
 nam tuo nomine orationem exigit ut conficiam in laudem
 illius incliti principis tui. Marchionis mantuani. quam te
 non tam perorare uelle existimat quam in decus meum efferre. potissi-
 me apud pudicissimam consortem suam in cuius conspectu ambi-
 guam de me sententiam a nonnullis habitam fuisse affirmat ut
 Arretino et Guarino in dicendi arte superior ipse. an par. an potius
 inferior habendus sim. uiuat me quod in tantorum uitorum contu-
 bernio. quod in famam ueniam amore potius quam uicio tuo. que em-
 in me facultas. que dicendi copia que uis accessit potest. ut non ui-
 cam cum his excellentissimis etatis nostre uiris sed cum infimis compe-
 rari queam. Scripsi igitur ut potius latissimam uoluptati tue quam
 ut me ulli studiosorum uellem cœquare. Non enim affectione per-
 aguntur que ad ueram gloriam benemeritos adducere solent sed stu-
 dio. labore inoustra multisque uigiliis in nomen uirtutis ascendit.
 Vale igitur et orationem cum legeris partius de me. ac rebus
 meis ut iudices memento

*Oratio edita in laudem Illustris domini Marchionis mantuani sub
 nomine Spectati Jurisconsulti Scene de curte per P. candidum.*

Magnam onus sed imprimis iocundissimum hodierno die michi
 imponitur. Spectatissimi et ornatissimi ciues et si non equis
 meis uiribus. quippe cum de re que haud quaquam ignota uobis
 est. uerba facturus esse uideat laudes in super huius incliti ac singu-
 larissimi principis Johannis francisci. Marchionis celeberrimi in
 presentia uestra sim explicaturus. que quo ueteriores sunt. ac r'ferri

digniores. eo michi elaborandum est magis ne expectationem uestram non tam inani spoliandi ipse. qm̄ differendi impericia credat elu-
sisse. Et profecto quis est qui ad hoc dicendi munere. se queat continē
quamqm̄ eloquentie studio. haut satis imbutus sit et eruditus cum
in uno principe etatis nostre. tot eximias uirtutum laudes. tantam
prudentiam magnanimitatem. temperantiam. iustitiam tantam ce-
niq̄ prestantiam rerum omnium intueatur. Ego mediustibiis spec-
tatissimi ciues atq̄ optimi. licet is sim. qui nullam in uim iactantia
nullam ambitionem. aut inanis glorie splendorem ancupetari so-
leam. non tamen usq̄ adeo ferream aut in humanum me profitear
ut huius precipuas. ac singulares laudes silentio aut obliuione quea
preterire. Et primus quidem sese offert et ipius prudentia potissime
differere. que ut plato inquit custodiaria quedam uirtus est. ac in
his potissimum principibus insidet quos perfectos urbis custodes appel-
lamus. Quis igitur aut regendi prudentia aut iudicandi mansuetu-
dine aut audiendi placabilitate aut diligentia custodiendi urbem sua
huius nostro principi erit preferendus. qui cum inter potentissimos
italie cominatus. et inter se mutuo discidentes uersaretur. ita dilige-
ter. uiriliter constanter rem publicam suam tutatus est. ut q̄ nemo
ex maioribus suis meruisse uidebatur amplioris cuiusdam dignitatis
insignia sibi posterisq̄ suis uen dicarit. Est io quidem prestantissime
uirtutis iudicium rem publicam imprimis adipsi adceptam conser-
uare. seruata ad augere ad auctam illustrare noua quoadam dig-
nitate quod multi et preclari uiri sepe fecerunt. magnamq̄ exinde
auctoritatem et gloriam sunt consecuti. Quam in te hic ceteros omes
hic unus aut equat aut superat ut nullus illi prudentia. consilio.
auctoritate sit anteponendus. Et quomam equus est ut a sapien-
tibus uiris traditum accepimus. qui uirtutem unam habeat. et reli-
quas habere. certe in quo prudentiam uel precipuam adesse confessi su-
mus in eodem temporantiam fortitudinem et iusticiam. in esse ut
fateamur opus est. Erig igitur hic princeps non prudens solum sed
temperans. nec temperans modo sed fortis nec fortis tantum sed ius-
tus ac omni deniq̄ uirtutis laude prestantissimus in quo illud exi-
mia comendatione uidetur prosequendum. Nam cum dignitatis
prestantia rerumq̄ gestarum claritas fastum quemdam ut sic dix-
erim preclaris uiris interdum afferant. non modo huiusmodi totes
atq̄ laudes illustris Marchionis nostri mentem extulerunt sed euz
cunctis affabiliorem ac benigniorem longe reddiderunt. patent ita-
q̄ omnibus penetralia comus sue patent aditus. nichil ciuibus in-
accessum. nichil abditum. ex quo fit ut eum non ut dnm̄ solum in-
tueantur boni omnes. sed ut parentem et protectorem suum comp-
lectantur. Rite igitur in eum dici potest quod de se Octauius rerum
dominus professus est. benignitas tua te ad celestem gloriam euehet

et uere ad celestem gloriam euerit si quidem rite contemplemur omnes enim qui fame sue preconiis usque adiuere adeo mirifica bonitate sua ceuocuntur. adeo incendantur desiderio claritatis sue ut multi ab exteris partibus. ad eum intuentium cognoscendum salutandum uenturum. Quibus ita patuerit omnes aditus aule sue. Ita se omnibus intendendum et alloquendum ultro obtulit. ut breui interiecto tempore summa pellecti pietate atque constantia. se in cuiusmodi suorum numero cuperent ascribi. ac plerumque externas comas natali solo. antefert. Ita quod ut orationem meam ad illam aliquanto a uobis referam uiri prestantissimi. sic una cum cicrone dicere exordia. quibus te laudibus effeceris princeps illustris. quibus meritis prosequemur. qua beniuolentia complectemur. parietes mediustidius huius urbis tibi gratias reocere gestiunt. quod tua protectione. consilio diligentia muniri. tua quoque insigni dignitate irradiati e tenebris in lucem exisse uideantur. Tu bonorum hospitator. Tu liberalium artium protector. Tu fautor omnis probitatis. per te denique ciues tui. siue in bello siue in pace prius deas beati felicesque uocantur. Quid illustrem con sortem tuam paulam referam. Specimen honestatis pudicitie humilitatis religionis. Quid inclitam matrem tuam barbaram. Cuius uite continentia adeo uniuersis conspicua et nota est ut nichil illius consuetudine sanctius. moribus honestius. uita sincerius queat reperiri. Quid illustres natos tuos quid postremo uniuersam domum tuam ornatissimam conseram nichil est profecto quod prudentie tue equari possit. nichil quod fortune. o felicem principem. o beatam rem publicam o fortunatos ciues mantuanos. Ego mediustidius Spectatissimi uiri licet prestanti in patria natus. altus in nutritus sum tamen sic afficior claritati huius principis. humanitati suorum omnium denique consuetudini uestre precandissime ut seceam istam non motu inuitus et uolens. sed nec omnino sine lacrimis queam celerere. Nam quid iocundius homini. quid gratius. aut optabilius esse potest. quod eam potissimum urbem incolere. In qua peregrinis non secus ac cum suis cetera omnia et equa sunt non forum dico basilicam porticum. templa. uias. que uix quocumque omnibus in locis patere solent. sed caritatem. beniuolentiam atque hospitalitatem. quibus in rebus ita conspicui omnium estis o ciues ut tali uice ac protectore non omnino indigni fuisse uideamini. que omnia cum animo contemplan cum transacti muneris finem ad esse michi sentio. Angor equidem. Animo uehementer uiri preclarissimi. ac non ea michi fuisse longiora. quo iocundiora fuerit obeundi magistratus mei tempora frequenter ingemisco. Nam cum unicuique in patriam reuoluit. non gratis solum. sed optabilis esse solet conluetudo uestre pietatis natium. amoris necessitudinem ex animo meo penitus excussit. Consolortamen ipse me hoc uel uno testimonio uestro probatissimo ac certissimo. Nec enim me later quanti semp.

ab hoc principio habitus sum. quanto ab uobis omnibus honore profectu-
tus. Quod quidem et si per gratum michi esse debeat tamen in im-
mis iocundissimum existimo ab huiusmodi uiris coli diligere laudari &
Summa quippe laus est ut ille inquit laudari a laudato uiro. At uero que
sincerior laus que dignior prestari potest quam que ab uniuersis ciuibus
unico consensu. pariq[ue] omnium uoluntate proficiuntur. Cuius pro-
fecto insignis monumentum cum allatum michi ante oculos intue-
or. cum radiantia urbis uexille uestre uexilla ultro michi prebita con-
spicio cum me in cetero uestro non acutum solum. sed ciuilitate quoq[ue]
decoratum reminiscor. quanti animi letitia quo cordis iubilo efferre
me arbitramini concuies iocundissimi profecto huiusce immortalis
beneficii ut ille inquit laudes persoluere dignas haud opis est nostre.

**Liber quartus epistolarum nouissimarum explicat. Incipit
quintus qui continet epl[ist]as .xxiii.**

p. candidus. Simonino siglino salutem
p. candidus. Ill. principi huncfredo duci cloucestrensi
p. candidus. Rolando talenti salutem
Rolandus talenti. p. candido salutem
p. candidus. Rolando talenti salutem
Rolandus talenti. Nunfredo duci cloucestrensi
Nunfredus dux cloucestrensis Rolando talenti
Rolandus talenti. p. candido
Nunfredus dux cloucestrensis p. candido
Rolandus talenti. p. candido
p. candidus. Rolando talenti
Nunfredus dux cloucestrensis francisco pigolpasso. N. presuli
Nunfredus dux cloucestrensis. p. candido
p. candidus. Nunfredo duci cloucestrensi
p. candidus. Nunfredo duci cloucestrensi
Nunfredus dux cloucestrensis. p. candido
p. candidus. Nunfredo duci cloucestrensi
Nunfredus dux cloucestrensis. p. candido
p. candidus. Nunfredo duci cloucestrensi
Nunfredus dux cloucestrensis. p. candido
p. candidus. Nunfredo duci cloucestrensi
Nunfredus dux cloucestrensis. p. candido

P. candidus. Symonino siglino salutem

Nter cetera studia mea quibus hucusq; me profecisse aut prouidenter elaborasse ab etate prima in hanc potissime letari potera Simonine mi unum est in quo merito consoletur cum caeterorum uirorum comemoratione conuixisse me continuo patet ueritatis nam cum multi aut ostentandi ingenii aut diluendi ocri gratia litteris incumberent. hec nostra semper opinio fuit prodesse q; plurimis Itaq; et platonis libros e greco sumptos latinos fecimus. et multa e nobis cum in laudem urbis nostre. tum reliquorum qui laude non indigni uidebantur edidimus. que si quis est qui luore motus liberior reprehenderit. sciat necesse est in inimicis apud nos ualere nequiciam plurisq; uirtutez fecisse semperq; leuitatem aut iactantiam. Quid enim eos prohibet ea transferre que nos edidimus. aut ornare que ipsi exarauimus. modo ne in hac etatis breuitate se luere existiment que dum differtur elabatur. Tu uero Simonine mi qui nullo liuore nulla gratia a ueritate reuocaris. has nostras ut arbitror epistolas libentissime suscipies. in quibus quod comemoratione non minima dignum puto. scies quanti uirtus habenda sit. que ad proprium natiumq; splendorem. nomen dignitatis adiecit. uale.

P. candidus. Ill. principi Humfredo duci cloucestrensi.

Clarissima apud italos omnes uirtutis tue fama percebitur princeps illustrissime. Ita ut ignotam facie tue excellentiam. omnes litterati apud nos uiri fama nouerint. inter quos precipuus tue dignitatis laudator fuit et auctor Reuerendissimus pater buocensis episcopus. uir non solum caetera litterarum. sed humanitate. caritate. et obsequio mitissimus. tuq; nominis precipuus amator his cum multa de uirtute humanitate de prudentia tua nobis retulisset tamen mirum in modum extulit diligentiam et amorem tue claritatis erga studia litterarum. Quare re profecto gaudent. n. qui bonarum artium studijs solent oblectari. q; etate nostra non omnino extincta sint simulacra principum optimorum. Quippe cum talis cesar fuerit talis augustus. tales multi preclari uiri quorum fama est immortalis Itaq; cum multi ex hac gloria amorem tuum certatim appetant. ipse in primis tuam gratiam non uerbis tantum. sed operibus. ille qui contentus et quidem optimis. et dignitate tua dignis. Cum igitur intellegam leonardum arretinum uirum grece latineq; lingue satis eruditum. aristotelis politicam quam tuo nomine uertendam sumptulerat. non tue excellentie. sed domini nri pape sanctitati direxisse. statui nomen tuum per se satis illustre non inferiori munere exornare et eximiam laudem tuam penitus extollere. felicissime itaq; ex grecis litteris traducere nichoauu policiam platonis philosophi omnium clarissimi et excellentissimi. quam tue dignitati dedicauit. Quo quidem opere nichil excellentius nil utilius nil preclarius te unquam

uidisse confiteberis . aut legisse . et uere nosces non frustra tanti philoso-
phi nomen in ore Ambrosii . Jeronimi . Augustini percrebuisse non
frustra etiam antiquis et eruditis uiris fuisse cordi . Nam si eloquentia
queris . hic lacteus est fons . Si sensus . hic splendor sol uere sapientie .
hic denique boni et ueri principis tibi formam tradet . rerum etiam pub-
licarum gubernationem tam perfecte quam eleganter exponet . Expeto ita-
que declarari litteris tue dignitatis an uelis me laborem istum sacratissimum
assumere . in laudem tui nominis ut puto sempiternam . Cui me obse-
quentissimum omni tempore commendo . Vale

. Ambrosius .
. Jeronimus .
. Augustinus

P. candidus Rolando talenti salutem .

Senator tuus uir profecto humanissimus et te dignus filio . inter ce-
tera que optare uisus sum . me imprimis compotem te salute tua
fecit . ea potissimum commemorans que nec sine lacrimis pregauisio
licuit audire . Amo enim te mirifice Rolande . mi et tuas uirtutes ma-
gnificatio nec ex te quicquam mihi clarum et splendorum opperit . At uero
cum opusculi quedam ex meis poskeret tuo nomine sensi mirificum
in me amorem tuum . qui quamquam ueri iudicii hostis sit nec limpidis
intueri oculis sinat que anem? gelli tamen sibi amorem . Ceterum que
in epistolis deinceps scripta sunt a nobis . leuora sane et stilo et dilige-
tia existimo . Neque enim cum illis edidimus eloquentie operam dabam?
sed affectioni . Reliqua utihora fortasse censebuntur et que legentis acie
non obtundant sed acuant . Nouissime quidem sua acantibus multis
ad elegantiora secessi . scriboque morosius et ut ita dicam pressius et orna-
tius . Quellem te laudationem urbis nostre ad emulationem Floren-
tine editam legisse . laudasses profecto moustriam nostram . Sed hec
alias . Nunc autem platonis policiam e greco latinam ficere decreui e-
amque inscribere Illustrissimo duci clouestrie . quem litterarum non
minus eruditissimum quam amantissimum esse audio . cui cum aliqua ex
parte nobis propinquior esse uideat . hanc curam tibi potissimum in-
iungam . Quod si tu . aut parum prudenter a me . aut nimis arroganter
factum duces . cebebis id non tam imprudentie . quam uel abundantie
amoris mei erga principem humanissimum uel uirtuti sue ascribere .
Nam si eruditissimorum uirorum precepta quos semper coluit . aut cla-
rissimorum quorum semper se similem prestitit exempla mouent non
est sibi hominis . et si minus eruditi non omnino tamen imperiti . et
sue certe laudis cupidissimi . amicitiam repudianda . Quare si omnis acci-
pere statuisti quod affertur a me . da operam quod sine incomodo tuo fiat
ut tuis quam elegantissimis et quam suauissimis litteris quam primum id
cognoscere possit princeps illustrissimus . Et quanto hanc eplam qua
tibi mitto quali testimonium mei erga eum animi et uoluntatis habes
tu quoque aliquo pignore tuam michi fidem asseruas . quo sperare pos-
sim constanter eum a perpetuo in amicitia esse permansurum . Vale :

Nolanus talenti . p . sal Candide salutem .

Nuper celsissime Candide cum scriptis tuis operam darem . et acumen ingenij tui non laudarem solum sed admirarer . accepisti binas a te litteras uno fere tempore . que me affecterunt qm̄ singulari leticia . Sed imprimis egre tuli . q̄ ex his concepi te nullas hactenus a me recepisse cum ad te plerumq̄ scripserim multa familiariter . et inter cetera si quid noui edoceras ut me participem faceres delector enim mirum modum facundia et ornatu scriptorum tuorum . nec minus grauitate . irascor igitur et discrimini itinerum et interiecte longitudini pariterq̄ uecordie nuntiorum . puduissetq̄ concepte ignauietate et ingrati tudinis uite mee . ni satis tue mansuetudini confiderem . Excitasti uir clarissime non dicam languentem amorem meum . non oblitum ut putas tui . sed pre gaudio lacrimas et stimulos incussisti patrie et uehemens quoddam desiderium tui uidentis . Michi crede epistolas tuas legens et mansuetudinem in me tuam animaduertens uisus sum non fictas poteras . sed sperans quoddam simulacrum tui uultus coram intueri . Cur tu obliuiscar . Cur linguebit meus in te amor . cum a te uiro optimo quem etis nostra uirtute et eloquentia clarissimum et insignem habet tantopere me diligis sentiam . non aliquo meo merito . sed innata quadam tui bonitate . Nichil profecto cupiois expeto qm̄ te presentem si liceat amplecti et sub tua disciplina non nunquam erudiri . Sed unicuique et tempori et fortune parendum est . Quamuis autem sensu et oculis te audire et intueri non potero . saltem quo ad uita suppetet mente et imaginacione complectar . Ceterum accepisti litteras quas inscribis Inclito principi duci clouestrie et simul intellexi quid cogites in traducenda policia diuini platonis . Exulto itaq̄ leticia celsissime candide et gratulor urbi nostre . que te tulit singulare decus specimen litterarum . Nam optimus auctor latine lingue grecorum . apices attingisti et quidem optimorum . Jam tua industria . tuis laboribus latina linguam efficies locupletiores . Jam ex te fructus uberrimos carpent eruditi uiri non sine singulari laude urbis nostre et precipua gloria nominis tui . Quamobrem imprimis ago gratias humanitati tue accumulatissimas . q̄ ex industria tibi diuinitus collata ex uigiliis et lucubrationibus tuis me participem mercedis efficias . Scribam igitur que iubes litteratissimo principi . Preterea quantum te sperare possit qm̄ sua eruditus . qm̄ carus nostro principi et ceteris omnibus italia propter sapientiam et singularem uirtutem tuam . Nea sententia uehementer caripendat quos eruditi omnes ut inquis sum opere uidere cupiunt . Minus offers opulentissima clarissime candide . et dignum cesare uel augusto . Nec minus hoc titulo clarebit apud posteros uirtus et fama principis . qm̄ si castra ducat . hostes in arte superet et urbes motioneq̄ subigat . Sed uel in

∞: ne me mercede: ∞

ne me mercede recarguas aut sordore. si preter spem tempus ad te rescribendi protrahatur. Nam extremam regionem belgarum in colo. que contigua est litoribus maris oceanum longissima ad te uia est infinita discrimina tati nuncij fidi presertim Adde interiecta maria. que uoce a nobis secernunt et maiorem britaniam. preterea tempestates et flatus uentorum. qui facile uotis euntius acquiescunt et aduersantur plerumque. Sed per deum immortalem per meam mente fixam tibi polliceor me daturum operam ut quantocius fieri poterit tue meeque fati fiat uoluntati nec minus quam si centies sextertius auti lucraturus sum. Sed interea ut in ceteris soles esto constans et arctum uirum castissimus. Sed pace sua dixerim in constantem ex uera ut tua gloria non solum intra apenninum et alpes sese contineat. sed ena getur longius. et gallicas urbes peragret et transuolet fluctus maris oceanum incolatque extremas regiones. et intra publica gymnasia et priuatos parietes excellentissimorum hominum laudetur uirtus et sapientia tua. ut qui nunquam te uiderint te ipsum diligant et afficiantur desiderio tui uidendi hoc enim premium uirtutis est. ut plerique sapientes tradere honos scilicet et gloriam. Quare age castissime Cicerone polliciam diuini platonis elegantiam et ornato stilo ut polliceri potes latinis litteris tradere. Et si olim traductorum impericia apud latinos in concine locutus est tu sapiens et elegans interpretis eorum errores corrige et emenda Te platonis umbra. te ueteres academici. te literati omnes suppliciter obsecrant. ut talem platonem ipsum latinis ostendas. qualem sese grecis exhibuit. Vale decus nostrum. et genitorem meum pro tua singulari humanitate comendatos habeto:

P. candidus Rolando talenti salutem

H Abui litteras tuas Rolande carissime que tui desiderio affectu noua uisione leuierunt. Ago igitur gratias humanitati tue. tam fortune que uiarum securitatem prestetit. amoris uostro Sed quod magis gaudio affuit. intellexi te studiis operam dare ex co textu et descriptione iparum litterarum. quod ut facias dietim hor tor. profecisti plurimum. si michi credis. et in dies uberius reuere cent lata tui ingenii assiduitatis rore perfusa. Vix ut nichil labo obstat in tenso lapides continua aquarum incussione franguntur mollitur ferrum manus applausu. omnia tenique usui cedunt. In oustra uires precellit. Ego hac cura ad maiora proiectus sum. et litteras grecas nullo magistro preueniente aggressus excolui. Idem tibi cenleo faciendum. ut par sis ciceronis consilio in utriusque orationis facultate. Crede michi Rolande carissime. nichil iocundius michi homine dignius quam litteris operam dare. aliquo semper uel legere uel uideri. et se uelentem fieri doctorem. hec uera et fidelis uita hec certa et tuta religio. cui nulle opes nulle uoluptates sunt anteposente uerum per te ut arbitror imo ut uideo id agis maxime

et te diem meliorem studeas facere. Quod tuum fiet cetera
tui iuris esse desierint. Quod ad me attinet nichil est quod te tantopere
cupiam quam tuas litteras intelligere quod disponat princeps ille pru-
dentissimus de oblatione laboris nostri quem signatum uirtuti sue
sentierimus habebit lingua Latina nostro suctore decus preclarissimum
quod delicatorem aures etiam possit detinere. ne dicam doctiorum qui-
bus imprimis gratissimum arbitror futurum. Nec interim studens
requiem debimus. ut aliquo ex nobis continuo legas et audias dispo-
nimus enim pro tutela illustrium uirorum in lactantium totidem li-
bros scribere. quot ipse nullo fretus duce non scripsit. In qua re. ad
eloquentie operam dabimus ut inuicem collata uolumina emineat
magis quam deficiant. et iam primum librum absolimus. his etiam
proximis diebus epliarum reliquarum septem libros expleuimus. quos
ad te misissem. sed scriptorum copia patris tui diligentie obstinat.
uideo nullum finem epistole futurum nisi quem ipse facturum
sim. et germanus tuus instat ad te uenturus. Vale igitur nostri me-
mor et rescribe. et totiens ut fortune discrimina superet tua dilige-
tia:

Nolanus talenti Illustrissimo. d. Numfredo duci clouestrie.

Quantum regali stirpe et bellicis laudibus excellis princeps illustri-
sime. tantum singularem animi uirtutem et curam tuam er-
ga studia literarum laudant eruditi uiri nec minus admira-
tur. Quippe cum accumulata laudem et solidam in te gloriam cir-
cumspiciant. quod fungeris officio principis optimi et patrum re-
gum mores conseruatis. qui non minus animi sapientiam quam impera-
toris artibus claruerunt. Quamobrem italorum plerique et quidam
doctissimorum ad quos penetrauit celebritas nominis tui imprimis
huic tue singulari uirtuti gratulantur et uicissim certant beniuo-
lentiam et amorem celsitudinis tue promereri. nec uulgaribus qui-
dem rebus sed optimis et excellentia tua dignis. ut ex epistolis his
concipies que cum presentibus tue sublimitati reddentur. Nam
uir doctissimus. p. Candorus nomine latine lingue grecas peritus
cum multa de uirtute tua et singulari cupiditate studiorum huma-
nitatis intellexisset statuissetque politicam diuini platonis latinis lit-
teris tractare. res dignissima uisa est quam tue celsitudini dedicaret.
existimans operepretium optimis operibus iuuare delicta studio-
tuorum. et non nichil addere tuo nomini ad decus et gloriam. At
quamquam tuis fortunis et progenitorum magnitudine clarissimus
lis. profecto non aspernanda hec ipsa gloria. que proficiscitur a lau-
de sapientie. Nam si primordia nostra repetimus. hec primum om-
nia regna comparauit et tantum amplitudinis euexit. hec
flexit in domitos quondam et agrestes homines. ut a iocundissima
consuetudine libertatis secederent et his sponte parerent. quos pater

animaduertebant sorte nascendi. hec inq̄m Regum maiestatem in
tantam admirationem extulit. ut n̄laxa templa condita sint. aedifi-
cate in sculpta simulacra. que tantem maiores nostri diuinis affe-
rant honoribus. Hi sunt princeps inuictissime qui tantum uirtu-
ti. quantum honoribus prestabant quorum memoria carminibus
et soluta ratione perpetua laude celebratur. et quorum corpora diuorū
annosa uetustas in cinerem exoluit. tanq̄m spirantia coram in tue-
ri uideamur et ualcamur plerumq̄ rerum nature q̄ tales principes
non eduxerit imortales. Quare gratulare huic tue prestantie prin-
ceps doctissime q̄ ab extrema occidentis regione. splendor uirtutis
tue penetrauit ad orientem. et te sumopere colunt exterarum natio-
num doctissimi. qui tuarum laudum cupidi emittuntur memoriam
cellitudinis tue imortalitati commendare. Quorum monumentes
certa fides erit. et certum iudicium. qui nec opes tuas appetunt. nec
potentiam reformidant. sed uirtutem dumtaxat admirantur. Quod
si pleriq̄ id efficere ualeant. non uereor p. candidum ipm multis
anteponere. postponere uero nemini. Est enim uir spectate uirtutis.
et moribus integer non minus gravis q̄m copiosus. et elegans. carus suo
principi et doctis omnibus italis propter sapientiam et singularem
uirtutem suam. Is igitur cupit mentem cellitudinis tue noscere an
uelis laborem huius noue translationis in laudem tui nominis sus-
ceptum hiri. Michi uero propter uicinitatem locorum litteras et uo-
lumen ipm ut egreccis traduceretur comodius mea opera ad te transfe-
ri. Rescribe itaq̄ si libet princeps gloriolissime. nam tua persuasio
facet quosdam ac stimulos adicies optanti et uigilias laboresq̄ omnes
doctissimi uiri uoluptate afficies singulari. Vale. f

Numfredus dux doucestrensis rolando silenti salutem

Et si antea multos dies minime dubitaueramus quo in nos af-
ficeretur animo. qua obseruantia. quaq̄ beniuolentia Reuere-
ndus in xpo pater. o. Epus baiocensis cum quia tantam eius in
nos beniuolentiam suauissimis litteris declarauerat t̄n quia libros et
quibus ubi nobis ex negotijs regis et rei publice c̄n si quidq̄m quanto-
q̄ datur magnopere delectamur et pollicitus est et nonnullos iam que-
siuit et dedit. et alios ut scribit nobis daturus est. nunc demum tu qui
illiuses et non secus sentis de nobis certitudinem nostram confir-
asti nobis magis. quo fit ut uobis plurimas gratias agamus. et sic
hortamur uirtutem tuam q̄ domino ep̄o uerbis nostris gratias agere
uelis litteris tuis. quibus profecto quantum nobis in futurum facul-
tas dabitur uestris comodis semper propitius erimus. Modo ad epis-
tolas tuas duas recepimus uno exemplo factas primam kalendis febru-
arijs. datam secundis idus. scilicet octauo ianuarij. secundam uero no-
nis idem februarij datam primo sexto idus nouembrijs una semper
cum litteris clarissimi uiri. p. candidi nostri quibus in iocunditate

maximam exuenimus. quae uestre nationis hominibus sic sit nomen nos-
trum commendatum. et tibi et huic praesertim Candido nostro cuius uolu-
tatem laudamus. approbamus et hortamur. Nos enim pro illo sic ope-
ramur. ut dabitur quod magis in dies facto gaudeat. quod nos amauerit quod nomini
uoluntate nostrae consuluerit. uerum enim uirtutem uestram et uir-
tutum admirari satis non possumus. Congratulamur autem uobis mirum
in modum et ex hoc uno nos feliciorum iudicamus quod temporibus nostris
tot florent quod apud uos peritissimi uiri. qui florentissimos philosophos
qui quondam fere interierant nunc etati nostrae et posteris reuiuifcet
et ad faciendam suam uitam mores bonos et uitam beatam. huic nouo
ut ita uerba faciamus seculo consequendam et collocupletandam letam
studiosos et solertes prebeant. Vale: ~

Rolandus talenti p. candido salutem

Iam uentis ago gratias dulcissime Candide et occidit nostri tem-
pestatibus minus nascor. quod tam et si diu moleste fuerint. tandem
inclito principi innotuit singularis oblatio muneris tui. pu-
dit me uulsius et sepe ueritus sum. ne incidere in contemptu
humanitatis tue quod me scordem uel parum cupidum uirtutis existima-
res. Sed te obsecro ut si diutius protrahitur est spera delicti tui. non michi
succenseas. sed uentis et interiecte longitudini. et accipe equo animo
quod dudum optasti. epistolam scilicet clarissimi ducis clouestrie
quas sexto idus aprilis tibi transmittendas accepi. ex quibus mentem
cellitudinis sue concipies. et quam libentissime suscepturus sit hoc singu-
lare donum quod gratis obtulisti. Gaudius est quam plurimum ut epis-
tolis quas ad me dedit intellexi. quod amorem simul et gloriam cellitu-
dinis sue querat tam precioso munere. Miraturque nec minus cari-
pendit moustrum tuam et uehementem quandam concepit opini-
onem uirtutis et eloquentie tue. Michi crede carissime Candide
princeps est preter uulgarem opinionem humanissimus et bonarum
artium et doctorum hominum cupioissimus. cuius familiaritas tibi ce-
det glorie et honori. nec parum conferet. ad lenientes labores incepti
propositi. Quamobrem. et si minime tue constantie diffidam te obse-
cro ut diuini opus uel partes eiusdem ut egregius traducentur in lu-
cem quam citissime proferas. ut plane cognoscat princeps ille quam in ef-
ficacia uires ingenij tui. et omnium singularem expectationem quam te
te concepit tua elegantia confirmes et augeas plura ad te scribere dicat
animus. sed obstat properans tabellarius hoc unum a te sumopere exigo
ut aliquid ex te noui uideam. et precipue cum liberos confeceris. quos
in lactantibus scripturus es pro tutela doctorum hominum ut tuo be-
neficio non nichil proficiam. et aliquando redeam ad haec studia que
fere neglexi. te auctore et magistro. Vale felix uir clarissime Genitore
meo commendatos habeto: ~

Numfredus dux clouestrie . p. candido salutem

EA semper nobis sententia fuit . Candide noster suauissime tota mente
complecti uirtuosos illos uiros qui nos appetere et patrocinium
nostrum . Quid autem nos facturos credas de te . qui non modo nos et
familiaritatem nostram queras . sed et laudem et gloriam nominis nri .
et inter exoptatissima nostra nobis dignum oculis in negotiis submisi-
tras . Te complectimur diligimus et amamus et pollicemur ita nos cu-
ratum ire ut cotidie magis hoc animo tuo gaudeas . Quamobrem fit
ut munus tuum lubentissime et qm gratissime suscipiamus horta-
murq; uirtutem tuam ad operis maturationem quod qm iocundissi-
mum nobis erit . illud si qm citissime uidebimus . hoc uno nos longe fe-
licem iudicantes . q tu totq; florentissimi uiri grecis et latinis litteris pe-
ritissimi . quot illic apud uos sunt nostris temporibus habeantur . Qui-
bus nescimus quid laudum digne satis possit extogitari . Mitto qfa-
cundiam et copiam dicendi priscam illam et priscis uiris dignam
que prorsus perierat huic seculo renouastis . nec id uobis satis fuit et
grecas litteras scrutati estis ut non modo latinis hominibus suauitas
et oris copia non deesset . sed et phos grecos bene uiuendi magistro
qui nostris iam oblitterati erant et occulti reueratis . et eos latinos facie-
tes in propatulum adducitis . Gratum et in super haberemus aliud si
quodpiam noui uel tui uel alterius cuiusuis uiri periti per te uide-
mus . Vale et a nobis amari constantissime tene . Ex locomjs

Rolandus talenti . p. candido salutem

Scripsi nuper ad te carissime Candide et epistolas clarissimi et indi-
ti ducis clouestrie simul ad te transmissi . ex quibus mentem celli-
tudinis sue concipere potuisti . et qm grata fuerit tua illa singula-
ris oblatio muneris prope diuini . Sed quoniam itinerum difficultate se-
pius ut nosti sinistra aguntur littere uisum fuit ex tunc eandem
exemplum penes me retinere . quod rursum cum presentibus humani-
tati tue transmitto . ut tandem agnoscas . que sit in te uoluntas princi-
pis et quanta sit expectatio uirtutis . et eloquentie tue promeruisti .
michi crede gratiam et amoris principis optimi et proiecisti semina
quedam laudum tuarum in hac extrema occidentis regione . que te
ipso auctore frondebunt et sparsim uagabuntur per ora multorum
celebrabiturq; non solum tua . sed tuo beneficio ipsa gloria uirtutis
italice . Quamobrem clarissime Candide perge si iam aggressus est di-
uinum opus . quantum rei grauitas et pondus sufferet absoluere et
in lucem exere . oblataq; tibi oportunitate uolumen ipm uel partes
eiusdem ut sepe pollicitus es . meo medio memorato duci mittito . Qd
si forsitan alicunde maior mittendi comoditas in futurum emergat .
te iterum atq; iterum obsecro ut conceptam spem delicti mei non
frustreris . ne alteri cupiam hoc singulare munus iniungas et in sin-
gulis sed in hac te presertim utere mea potius qm aliena opera ut in

plendore laudum tuarum non nichil luminis accipiam et ex mercede laborum tuorum optar gratiam aliquam uel amorem litem apud excellentissimum principem promereri. Vale felix decus urbis nostre et me dignum effice memoria mansuetudinis tue. Ex baiocis: /

P. candidus. Rolando. talenti salutem.

Recentibus litteris tuis hilaratus sum Rolande iocundissime. #
 quas dei nutu ad me transmissas uideo. Quippe qui illa paruera ad te mittenda que ipse ex habundanti tua caritate deposcis laus deo qui talem orbi imo etati nostre dedit principem cuius uirtus ut sepe dixi ceteris esset ad uirtutem adhortatio. Eius quippe elegantissime et humanissime littere rediite sunt michi tua opera. cui profecto ingentes gratias referrem nisi sincerus inter nos amor et inconculsa iam pridem fides prohiberet. Sed ut ad postulationem tuam ueniam libros quinq; policie platonice iam absolui reliquos quanta cura et diligentia fieri poterit absoluiam. Hoc igitur prius ad te mittam ut princeps ille celestis tua opera ac industria celestem gustet policiam nec ulli iniungatur iste labor preterquam rolando meo qui hoc munere imprimis dignus est. Mutentur fortasse non nulli a basilienfi urbe ab Archiepo nostro. cui iam pridem hanc curam iniunxi uerum omnium transmittendorum tuum demceps erit onus. quod tibi tecus potius futurum arbitror. Hec autem erit summa petitionis mee. primus ut hos diligenter legas nichil te profecto fatebere legisse luculentius tua manu egregia conscriptos et emendatos mittes cloucestrenfi principi. quem litteris tuis certum reoces me reliquos magna cura diligentiaq; conscribere. ut cellitudo sua par immortalitati ac fame sue opus habeat hos autem nos misisse quali degustationem quandam nostrorum studiorum. ut que demceps secutura sint intelligat. sciatq; uberiora adhuc et elegantiora superesse. Est enim opus decem distinctum libris dignum lucubratione magna atq; studio. demum cum omnes adopratum principem uenisse sensero et me ab incisionis uiarum ac fortune tutum fore. uniuersos in unum redactos et manu propria transcriptos. ad eundem per te mittam quod secundum laboris et amoris nostri pignus pre se ferat. Hec igitur litteris tuis reserato illi principi cui me ita comedes uelim ut intelligat me nichil in uita habere carius aut iocundius quam ut benemerite uirtuti sue famam prestare possim sempiternam.
 Vale Rolande dulcissime et rescribe non quantum libet sed quantum exigit noster amor: /

Numfredus dux cloucestrenf francisco picolpallo. Meli presuli

Gratiam quippe nobis fuit ex nouo platone munus tuum quod in maxime habemus Reuerende in xpo pater cum pre diuini platonia disciplina et fecundia tum propter candidum. cui uobisq; propter ipm eam esse in homine uirtutem congratulamur. Quodq;

magis affectum hac super re nostrum cognoscas iam mensis sextus Can-
didus is suis suauissimis petijt. gratum ne nobis foret si nostrum nomi-
nem publicam platonis latinam faceret conatus est et menti nostre pluri-
bus id perluadere. cui rescriptimus super omnia gratissimus nobis fore-
pollititq; sibi sumus hic quecumq; in regno pro illo si qua possumus
et gratiam nostram. hortantes hominem id qm̄ cuius nobis efficit.
Modō de decem huius discipline platonicę libris hunc quintum abste reci-
pimus ut aī eius hominis ingenij degustandi gratia. quod maximū
diuicamus et dignum quod a nobis expectatur. Non est tamen hic
libellus nobis inscriptus opinamur quoniam operis particula. non
totum opus. Quia propter hortamur rogamusq; paternitatem tuam
q̄ operam des cum claro uiro p. Candido nostro rem profectam et no-
mini nostro nobis ut pollicitus est inscriptam uideamus. nos enim
sic studebimus ut magis in dies gaudeat amicitiam nostram quelisse.
Tibi uero pro munere gratias agimus. et pro te si quid apud nos fuerit
quod sciamus facillime tue morem uoluntati geremus ac libentis-
sime. Vale: ~

Numfredus dux cloucestrensis p. candido.

VT alias nostris tibi scripsimus uir suauissime super omnia gra-
tum nobis fuit quod obtulisti de uentenda nobis nomini nostro
te publica platonis. idq; summo delictio prestolabamur. cum
nobis redditus est tue traductionis eiusdem rei publice liber quintus
a Reuerendo in xpo patre domino archiepo. Mediolanensi non in-
scriptus nostro nomina quo factum ut gauuius nostrum quo pacto
remissum sit donec in hanc sententiam ducti sumus traductionem.
hanc ideo te nobis non scripsisse quia particula non totum opus. animo
res mire grata nostro. reliquus magis accensum sumus ut uideamus. Quia
propter requirimus et hortamur uirtutem tuam ut rem nobis confi-
cias totum librum nobis traducas curelq; q̄ integrum habeamus. Erat
id nobis uehementer gratum. proq; uirili nostra studebimus ut gau-
deas amicitiam nostram quelisse. Vale: ~

p. candidus. Illustrissimo Humfredo Duci cloucestrensi

Sicuti uiatori in estu laboranti amenissimarum arborum umbra iō-
cunda est et sibilantis aure mollior procella delectat nauigantes. et
ut siti confectum clarissimi fontis lapsus exhilarat ita michi iō-
dissime fuere littere tue princeps illustrissime. qualquidem ut apud di-
uinum poetam legisse memini. Non uidisse semel satis est. uiuatq; ul-
q; morari et conferre gaudium et ueniendi discere causas. Non enim
litteras ipas sed tuam potius dignitatem tuam demiq; uultum. et spi-
rantia ora intueri michi uideor. ita expressa in his et quasi uiuentia
cerno simulacra decoris humanitatis. splendoris demiq; ac dignitatis
tue. Laus igitur deo qui te talem orbi imo etati nostre dedit principē.
cuius eximie uirtutis excellentia ceteris esset ad uirtutem ad hortatio

Gratulor itaque librum quintum translationis mee aditum meruisse tue
 claritatis. qui licet nomini tuo minime insignitus sit. cum primus
 omnium in lucem uenerit et Iohanni amadeo iuriconsulto prestan-
 tissimo sit inscriptus. sub tue tamen dignitatis laude requiescet. Equi
 est enim in conspectu principum comorari illustres uiros potissimu
 scientia eruditioneque prestantes. Nam cum tua in aula regni que pene-
 tralibus huiusmodi honori sint ac decori. quanto magis ut sic dixe-
 rim litterarum monumentis tecum sociati. laudem afferent immorta-
 li fame tue. Quamobrem tuas laudes consequentur ut de sole in-
 quit cicero. alter ueneris. alter mercurii cursus. prestantissimi et op-
 timi etatis nostre uiri. Alfonso hispanus burgenis epus. honor secu-
 li nostri. cui sextum presentis operis ascripsimus. ac franciscus pigol-
 passus mediolanensis presul. unicum pietatis religionisque preconi-
 quem ideo translationis nostre decimo dignum estimauimus ut qui
 sacra ceremonias omnemque diuinitatis cultum religiosissime semp
 excoluit sacratissimo immortalitatis opere non fraudetur hoc enim
 intermissum scribendi genus non insuetum preclaris uiris. sed a
 uerrone sapientissimo latinorum omnium frequentatum est. his tri-
 bus igitur singulos libros assignauimus. Totum uero celestem policiam
 consecramus tuo nomini. Quod felix faustumque sit tue immortalita-
 ti. ac perpetue fame regie domus tue. maiorumque tuorum. Vale
 princeps illustrissime

P. candidus illustrissimo Humfredo duci cloucestrensi

Ecce princeps optime et illustrissime. ut paream uotis dignita-
 tis tue. quam ob singularem uirtutem atque humanitatem ue-
 neror ac diligo. mitto etiam libros quinque platonice policie
 per me fideliter e grecis litteris in latinam uersos. quamquam tumultua-
 rie perscriptos ne desiderium dignitatis tue retardarem. reliquos
 uero quinque quorum epigrammata in fine huius uoluminis an-
 notata sunt. prosequar in dei laudem et decus preclarissimi nomina
 tui. ita ut eos uideas integros et absolutos et posteritati tue quoda-
 modo inter sis. Quippe cum certus sim hos aut nunquam. aut tarde
 profecto esse perituros. tanta elegantia sententiarumque nitent
 pondere et iam in fame tue gloriam atque decus non solum per uni-
 uersam leguntur italiam. sed ad hispanie fines usque penetrarunt
 continuissimam et hos usque ad reliquorum confectionem sed tuum
 ut dixi desiderium diuini operis lectione diutius uertus sum defrau-
 dare. Iocundissimum tamen michi foret si tuum nomen litteris
 preceptum ipsius librorum principis queam annotare. Hec erit igitur
 summa petitionis mee primus ut hos diligenter legas. uideas. euoluas
 sepe numero nichil profecto fatebere te unquam legisse luculentius
 nichil utilius deinde ut maiora in dies. ame et lucubrationa expectes
 opera. Nam quicquid ingenio studio disciplina assequi potuero id

Cicero.

Alfonso hispano.

Franciscus pigolpassus.

Virro

pat. illud op. tradux
non filius.

uertam in laudem tui nominis sempiternam. Vale: ✓

Humfredus dux cloucestrensis. p. candido salutem

Expectatissimas litteras tuas accepimus una cum platonis libris Can-
dide lepidissime quorum quidem aduentus. adeo carissimus nobis
et gratissimus fuit ut nulla potiussemus affici maiori uoluptate
presertim cum id uerissimum sit quod scribis eos maxime dignitatem
nostram et decus aspicere. Ex quo tibi maximas habemus gratias habe-
bimusque quo ad uitam tuebimur. quod tantum tanquam arduum ac excelle-
ntissimum opus nostra causa ac nomine elaboraueris. unde certum est
et nos tua hac opera ac studio et te etiam non mediocre laudem et
gloriam reportaturum. Sunt enim eiusmodi ut etiam multum
ad legendum excitarent. tanta est platonis imprimis grauitas et ele-
gantia tu etiam orationis tue adeo optatissima interpretatio ut non pos-
simus recte dicere. cui potissimum magis debeamus an tibi quam princeps
huius discipline extiterit. an tibi quam sepultam eam ac penitus extinctam
negligentia nostra excitari et in lucem efferri pro uirili parte studue-
ris egregiam quidem et prestantissimam tibi prouidentiam delegisti.
et que certe nulla unquam poterit etate consumi. neque ulla obliuione de-
leri. si modo ea uero sunt que a sapientissimis uiris traduntur imor-
talem scilicet esse gloriam uirtutis. legimus eos ac perlegimus. adeo
quam nobis iocundissima fuit eius lectio doctrina et grauitas tum etiam
interpretationis tue dignitas ac elegantia ut illud nobis instuerim
seu domi seu milicie fuerimus nunquam a nostro latere discedere. que
certe si non cum illa diuina platonis eloquentia se conferre possit pa-
rum tamen nostra quidem sententia uideatur inferior. ut habeamus
semper cum quo possimus oblectari. ac reliquum uite cursum qui no-
bis a negotiis uacat conquiescere. Sintque nobis quasi comites ac con-
sultores uite degente ut dicitur Agamemoni illi grecorum principi
Nestoris sensu sapientiam extitisse ac Enee nostro Achatem illum socium
fidissimum. Sicque eodem in loco et platonem ipsum et Candidum intuebi-
mur et admirabimur. qui non minus certe quam nos ipsi pro dignita-
te nostra uideatur elaborare. propterea te hortamur tibi que persuademus
et si possumus etiam impellimus ut ad cetera perficiendo omnem ani-
mum tuum ac studium uertas quo perfectos hos libros contemplemur. quo-
rum desiderio ac uoluptate mirifice affecti sumus. Nec existima quod
quam posse nobis afferi gratius. quam ea que pertinent ad disciplinam
cultumque litterarum. Nos uero habes ac habebis quo ad uoles qui semp-
tuis studiis fauebimus uerum liuium habemus a hostibus prestantes uiros
et omnia fere ciceronis opera que reperiuntur. Si quid tamen habes
egregium rogamus. facias nos etiam participes. Vale ex longdome ✓

p. candido illustrissimo dno humfredo duci cloucestrensi

Quo tardiores cogratiores michi fuere littere tue princeps illust-
rissime quas londoni datus x. kalendas aprilis xii kalendas

Julias accepi In his humanitatem dignitatis tue non incognitam iam
 precem michi penitus misxi ex eloquentissimis nec minus sapientissi-
 mis uerbis tuis ex quibus summe gauisus sum placuisse uirtuti tue
 platonis libros qui profecto nisi uirtute digno principi nullo modo
 placere potuissent. Sed alias litteris ipsis uberius a me dabitur responsum.
 Nunc autem reliquos quinque libros a me perfectos esse scito. Quinimo
 ut magis admitteris. eo temporis momento quo littere dignitatis tue
 redite sunt michi summam manum cetero imponebam Itaque ab
 immortali deo datum puto ut hoc singulare et pium opus fame et ho-
 nori tuo solum tribuatur Curabo itaque ut transcriptum quo ad celerius
 fieri possit ad presentiam tuam transmittatur. Deceui enim ut de
 descriptum libris integrum ad te uolumen ueniat eo dumtaxat ordi-
 ne ut nichil de his ad perfectam operis consummationem et inter elegan-
 tissima latine lingue opera anumerari queat. precor itaque ne reliquos
 prius in lucem efferi sinas quam omnes uideris in unum contuleris.
 Nam ut arbitror queoam fortasse mutabuntur aut corrigentur a me
 que minus per partes emendari potuerunt nunc integro ueluti in cor-
 pore perspecta facilius emendationis nostre ferulam admittent. Reli-
 quum est ut habeam illustre non tuum ut omnibus in libris prefer-
 ri et posteritati commendari possit. Vale princeps illustrissime.

Humilissimus uir clouestrensis. p. candido salutem

In diebus septembris littere tue ad nos delate sunt. Candide sua-
 uissime. Que et si tardiuscule ipse fuerint quam expectabamus
 non tamen nobis minus grate et iocunde extiterunt presertim
 cum significarent reliquos illos platonis libros abste iam perfectos
 esse. atque cum primis emendaueris eos ad nos missurus. Quod quidem
 quam auidius intellexerimus haud possemus tibi satis explicare. Cum quod
 quod studii animi ac ingenii habeamus. tum etiam quicquid oculi a
 nostris occupationibus subtrahere possimus id totum in eis legendis
 ac relegendis consumamus. Habemusque tibi non mediocres gratias
 quod nolueris nos priuari huiusmodi iocunditate. Habebimusque tibi
 etiam maiores si non pacieris nos diutius eos expectare neque perferre
 longiorem sitim. Nam satis constat eam rem. et tibi et latine lingue
 decori ac ornamento fore nos quoque partem aliquam eius laudis co-
 secuturus. quod nomini nostro dedicati sunt. de libris autem quos scri-
 bis apud nos esse id nobis gratissimum esse existima cum certissimum
 sit nos maxime librorum excellentia et dignitate delectari. nec ul-
 la posse deterreri mensura et presertim si qui sunt digni laude ut cor-
 nelius cellus et plinius philosophia et poncegiron et apuleius ille tum etiam
 uarronis opera queque reperiuntur et imprimis illud de origine lin-
 gue latine. cum ea maxime affectamus que ad anime eruditionem
 maxime pertinent. Ceteri uero de quibus antea scripsimus. et si sci-
 mus ob inconueniam interpretationem ab auctoribus suis plurimu

celerasse. nec ipsi tamen abiciendi sunt propter eorum auctoritatem ac probatissimam disciplinam. Tuum igitur Candide mi eorum precium ad nos scribere quanto uel facti uel conficiendi constaret nam id tamen tibi per mercatores assignare quam primuz ut scribis faceremus. Vale et nobis eciam utere.

P. candidus illustrissio Humfredo duci doucestrensi

Aolate michi sunt littere dignitatis tue Illustrissime princeps. que licet tardiores aliquantum fuerint ac sperabam. non minori tamen me. ac solite sunt afficere uoluptate. ex his et ualitudinem dignitatis tue noui. quia nichil deum testor michi potest esse iocundius. et memoriam nostre amicitie non omnino a te neglectam intellexi. Habet hoc in se potissimuz sincerus amor. qd sumos inis non beneficio tantum. sed caritate beniuolentiaq; coniungit Cupidus igit mandatis tuis obsequendi placens polliciam decem degestam libris. et a me iam tandem absolutum qm ocillime scribendam procuravi. Et seq; iam ad iter ut ita dicam et propinqua tue dignitati mihi scriptoris ipsius tarditas et tempus obstatissent. indicam eciam librorum tuorum diligenter inspxi. ac mirifice tuo studio ac diligentia in comparandis illustrium uirorum ingenis oblectatus sum. quanq; multos esse tue claritati exemplariorum potius inopia qm negligencia ulla aut obliuione crederim. Nam ni fallor centum et amplius probata uolumina ad bibliothecam tuam desunt exornandam si indicem librorum ipsorum rite suscepi ut per copiam his amexam mi tueri facillime licebit. Queso itaq; a tua dignitate princeps illustrissime ne hac diuina et preciosa suppellectile comuz tuam carere sinas. Nichil est enim in principe preclarius qm librorum et quidem probatorum copia abundare. potissime cum per facile tibi sit mea operatio posse consequi. In qua te diligentiam et fidem meam profecto non nosse. qui nichil nisi famam et honorem uirtutis tue cupio et nomen tuum quantum in me est eternis laudibus illustrare. Non potest in re que omnium rerum precia exuperat preciaz esse non leue. Quamq; omnia ita a me diligenter fient ut in merce utili eciam comoditate tua perfruaris. Nec enim hi libri uno impetu haberi possunt aut rite comparari. uerum diutinim prout comoditas sese offeret aut scribendi disponentur. aut si scripti et uenales forte affuerint coementur. sicq; ad tuam dignitatem per partes et tempora assidue dirigentur. ut aliquo continuo noui habeas. quo animuz oblecteris tuum. Sicq; diutinim insistentis modica quodam modo impensa. nec longo quidem tempore in signem. a perpetuo acceptissimam bibliothecam comparabis. et que non studiis solum tuis sed fame prosit et posteris. polliciam autem perfecte absolutam et ornate transcriptaz ut decet celsitudini tue destinato ut kalendis marcii proxime uenturis. et iam a pluribus requisita principibus in laudem tui nominis

effulxit. Nam ab illustre leonello Marchione estensi summo cum
relicto requilita et habita et pro Rege hispanie a Milite insigni
tomo Igmo nuper expectata et integre transcripta perpetuam ut ar
bitror gloriam adlatura est tue dignitati. Vale princeps humanis
lime: /

Humfredus dux clouestrie .p. candido salutem

Falsiculus quidam litterarum abste nuper nobis allatus est. que
fere eodem exemplo conscripte erant. Scribis enim imprimis
policiam platonis iam omnino abste absolutam esse neq; distu
lisse hucusq; iter ad nos nisi in festatione quadam multorum flagi
tantius exemplaria. Quod autem absoluta sit gaudemus uehemen
ter. Cum pluris eam existimemus multarum rerum preciosissimo
thesauro. q; autem retardetur non possumus nisi moleste ferre cum
intercipiamur hac tam expectata uoluptate. Quo nobis nichil gra
uius. Recepimus etiam inuicem librorum quibus scribis nos care
elegimus q; ex eis nonnullos quos si poteris nobis uendicare rem certe
gratissimam facies. Ceteros et longe etiam plures et si non scripseri
mus existima tamen apud nos esse uerum istis de quibus scribimus
omnino carere. Et ut facilius tibi sit habendi aditus. tum etiam ut
cariorem te principi tuo reddamus. sibi litteras una scribimus. quas
uidebis istis alligatas. Recipies quoq; inuicem librorum quos abste
uellemus. una cum his litteris. felix de fagnano quem uoles nobis
comendatum esse. sentiet profecto quanti faciamus comendatione
tuam si queuerit operam nostram. Tuum erit modo nobis quoq; co
fidentissime utere. Vale. Ex londonis

p. candidus illustrissimo Humfredo duci clouestrensi

Habes tuam opera platonis libros quos optasti princeps il
lustrissime. sic fideliter interpretatos a me ut claritas imprimis
tua et uirtus merebantur. Quid enim amplius cuperem. qm
dignitati tue prius satisfacere. dem fame mee. que eo clarius euas
ra uidebatur. quo diligentius spectaretur. Quippe que illustra sunt
littere nullo modo possunt. Quod si presentius liuor quippiam ex
studij nostris leserit. secus ue momorderit uenient qui sine arro
gantia indicent sine inuidia. Et platoni nostro tum nobis laude
condignas referant. Nunqm uirtus premio suo defraudata est. His
igitur nos animuz adiecimus nec pusilla hac et breui etate delinuti
in eum gloriam nomenq; degessimus paucorum nempe iudicare
est. carpere multorum. Si qua autem a nobis aut licentius repetita.
aut incultius prescripta uidebuntur ignoscendum cure ac diligen
cie nostre reor. que a platonis uoluntate nullo lenocinio discedere p
sumplerit. aut illius auctoritati quicqm anteferre qui non modo
quid diceret. sed quo sentiret elaborare uisus est. tu uero qm amplis
simuz munus habes a nobis et tua sapientia uirtuteq; dignissimum

pater prius tradux illa
platonis politia. non
glus.

quale nullum prebens etas ostensura est. et uentura temporu posteritati
diucius commendabunt. Vale immortalis princeps: *¶*

P. candidus Illustrissimo dno Humfredo duci cloucestrensi

Illustrissime princeps accedit ad presentiam dignitatis tue Reuendus
cominus meus. Baiocensis qui quantum affectus sit tue claritati. nec
calamo nec ore sufficienter possem explicare. Nichil aliud cogitat.
nichil curat aut cupit amplius. qm illustrem faciem tuam intueri
ad quam post habitis omnibus uiarum discriminiibus contempto ma
vi et fluctibus sic accelerat. quasi in celum migraturus. et deum ad fa
ciem ut de moyle scriptum legitimus insperaturus. is igitur dignitatem
tuam certam faciet quid in te sua egerim ac quid deinceps acturus
sim Deum testor nichil equeme exoptare qm ut uotis tuis paream. in
qua te nullam curam aut diligentiam omitto. Quero itaq opera illa im
primis adipisci que tibi gratiora futura existimo. eaq librariis exara
da dietim iniungo. Est quidem non exigua apud nos librariorum cari
tudo. nec minus difficulter exemplaria ipsa conquiruntur. que res fa
cit ut aliena culpa in te uestra negligentior appaream. Non deero ta
men quo ad aliorum tarditatem diligentia mea superauero. Sed tempore
opus est ut mos geratur tue dignitati. Nisi itaq particulam quanda
librorum per mercatores de boneromeis. mittam et alios in breui. Et
libinde mittendo non desinam. quo ad plene per partes tandem satisfac
tum erit a me claritati tue. Vale: *¶*

Humfredus dux cloucestrensis. p. candido salutem.

Superioribus litteris nostris quas ad te misimus tibi significabam
quo pacto litteras tuas antea acceperamus indicatrices tue in nos
uoluntatis. ac studij tum etiam indicem quemdam librorum quos
nobis deesse existimabas. Ex quibus nonnullos elegimus ut transcribe
retur quorum etiam indicem nostrum cum eis litteris ad te misimus
*S*cripsimus etiam ad principem tuum Mediolanensem litteras nostras
una cum tuis quibus rogabamus ut bibliothecae suae tibi daretur copia
tum etiam ut nostro nomine haberet commendatum. proponens tibi
uirtutis tue optima exempla. Quas quidem si accepisti nec ne prorsus
ignoramus. Ideo has quoq ad te mittere cum eodem indice nostro mis
tumus quo certior sit uoluntas nostra. D. epus baiocensis proximis his
diebus ad nos uenit. multiq de tuo in nos animo. ac singulari uirtute
tua predicauit pro quibus tibi gratias habemus non modicas. Nunc
tamen adhuc eos libros recepimus quos scribis ad nos destinatos esse
de quibus etiam ipse episcopus noster nobis enarrauit. neq quos per ter
ram misisti neq quos per aquam. Cum nec dum tuiusmodi florentioru
litteri nostro applicuerint. Cum primum aduenierint tibi significa
bimus. Vale et nobis quoq utere. Ex lonconis: *¶*

Libet quintus epistolarum nouissimarum explicat.

Incipit Sextus qui continet . XXI .

- p. candidus . Simonino gigliano salutem
 p. candidus . poggio florentino salutem
 p. candidus . Andree bartholomeo imperiali et petro core
 Andreas bartholomeus Imperialis . p. candido
 Laurentius . Valla Romanus orator p. candido
 p. candidus laurentio . Valla salutem
 Matheus regius . p. candido salutem
 p. candidus . Matheo regio salutem
 Anconis ferrariensis . p. candido **Compartis** suo
 p. candidus henrico priori ordinis sancti Ieronimi
 Michael pigolpassus . p. candido
 p. candidus Michaeli pigolpasso
 Michael pigolpassus . p. candido
 p. candidus Michaeli pigolpasso
 p. candidus simonino gigliano
 geno amonius . p. candido salutem
 p. candidus francisco pigolpasso mediolanensi presuli
 franciscus pigolpassus . p. candido
 p. candidus . francisco pigolpasso . M . presuli
 franciscus pigolpassus . p. candido salutem
 p. candidus francisco pigolpasso presuli salutem

p. candidus Simonino gigliano ducali Secretario salutem

Epe me admonuisti frater optime . ne quod dicendi genere
 inquampiam celsare uellem . ne ue male obiecta deteriori
 thilo scripta uendicarem . salubre profecto consilium . et tuadi
 gnum pietate ac constantia . qui atro in omni uita moderate
 honesteq uixisti . ut non minus prudentiam tuam qm humanitate
 admirentur homines et extollant . Ego autem et si cupiam mandatis
 tuis omnino obsequi . tamen cum amicorum sualibombus tuorum con
 tinelns animu aduerto . qui se in perouelium numerum sponte ceteri
 bant . non possum non succensere aliquanto et irasci . Sunt enim pleriq
 ita merces . et ab omni alieni humanitate ac uirtute . ut tum maxime
 se strenuos arbitrentur esse . cum pessime loquantur . quorum impuden
 ciam cum huculq per humane iudicio tuo confusus tolerarem . de
 inceps etiam constanter perferre mens est . Nullum enim iaculum
 non oblatores perniciosisse emitti solet . qm constantia dictorum ac
 factorum . que nichil nisi cum uirtute coniunctum estimat . Hac
 igitur opinione confirmatus Simonine mi omnes maliuolos inui
 cos . mactos impucentes garulatores . iactatores florificimus . omne

q̄ illam inanem supellectilem litterarum ac iactantie non pluris faci-
mus q̄m uandarium murmura aut uentorum strepitus. si quando in
siluis longe lateq̄ deseruiunt. Vale: /

P. candidus poggio Florentino secretario apostolico salutem

Lexuicus noster inuenis profecto eruditissimus et qui te non mo-
do diligit. sed obmixtus obseruat. e bononia nuper rediens. cum
ad me uisendi causa uemisset. multa ex se memoriter facundeq̄
ut solet. plura uero a me rogatus de te retulit. inter que nonnulla bile
digna recensere uisus est thomam quendam ferentinum contra te cepis-
se arma. ac nescio quid impudenti ore balbutire q̄ tua opera exclusus
sit a secretariatus dignitate de qua te utrum rixam an indigni-
meritis sum. Noui et enim impurum illum tuos uero mores in te-
gerrimos famam litteraturam etiam me nosse certo scio. Quid tibi
cum illa impudentissima belua que in tuum nomen tam proterue pe-
tulanterq̄ insultat. An ne est quem reor ille. Equidem monstrum
quoddam iam priorem noui infame. impudicum thomam scilicet fe-
rentinum uita turpi moribus obsecus. Jam inde a primis annis. adeo
nequitie creditum. ut cum adolescentiam ad militarem libidineq̄ palaz
prostituisset. nunc exoletus nec gule nec uentri modum poneret. Quid
futurum putas igitur pogi pudicissime. si ad illam sexem infamiam olim
pulsio. nunc uero famolus latro preptasset. si sacri illius muneris dig-
nitatem ne occante obtinere potuisset. o sortem temporum miserandaz
deplendamq̄ omitto nil futurum indignius nil inhumanius. q̄m si le-
nis et fetidis. asellus ille usq̄ eo genitale de decus erexisset. ex quo cuncta
lib subdita licere crederet. uester autem ordo. curia illa tot castissimi
et literatissimi uiri tantam ignominiam sordemq̄ tulissent. Illud
uero constanter affirmare ausim non esse mirandaz spurcissima oris
illius cloacam. aliquid fetidum et suo nidore dignum contra te eruc-
tuasse. nequeunt diutius latere natura in sita uicia. licet occulta. ef-
feruescant. aliquando necesse est et in publicum prodeant. suo uio-
cio patefacta. Artifices scelerum mali semper detrahunt bonis. quo-
rum uirtutem quia imitari nequeunt corrorento ac maledicendo
carpunt. atq̄ insectantur flagitia sua in aliorum uitam conferentes
Salustius olim inuectus est in Ciceronem probatissimuz uiruz. ac uite
continentissime. at qualis fuerit. Salustius uir castissimus lactatius
firmianus exprimit dicens. recte illum dixisse quedam. si uixisset ut
locutus est. sed seruasse feoissimis uoluptatibus suamq̄ ipsius senten-
tiam uite prauitate dissoluisse. Itaq̄ non primuz nunc nefarii homi-
nes sua de decora probis uiris obiectare ceperunt. Non pudet meretri-
cem palam proferre uerba que recoleant turpitudinem questus et
uite. loquuntur omnes ea in quibus uersari et que tractare consue-
uerunt. quod in isto nouello. ac pestifero gladiatore nequaquam miru
uideri debet. assueto iam dudum. artificio et ludo iniquitatis. fertur

Thomas ferentin

Salustius
Lactanti^o firm

olim ut a pluribus percepi post oncessum pontificis ex urbe roma - cum
uillissimuz caloms loco mereretur - cum Jacobo de roma ita enim cognomina-
tur primum atq. deo precipiuz facimus militem preclarum edidisse - egre-
gie milicie sue - cum inter ceteros raptoris ad expulandam romam pontificis
furunculus accessit abstulitq. quedam magni ponderis uasa argentea quod
cum moratum esset optimo ac prestantissimo uiro franco paduano cu-
biculario pontificis - qui ad res pontificis perquirendas roma accesserat
cumq. id etiam patriarce innotuisset illumq. capi mandasset aufugit
noctu ex urbe nobilis miles . atq. ita celeriter ut eum delatum credulum
existimares . Aliquid etiam tibi hec contulit latrunculo repens fuga Ab-
duxit enim secum tres equos iacobi . atq. ad Nicolaum fortebrachiuze ne-
fancorum omnium receptaculum hostem ecclesie et ipse licet pusillus hos-
tis se contulit proq. secretariunculo se in eius familiam insinuauit . flo-
rentiam inde profectus est . explorator nicolai . licet se transfugam simu-
laret . Eo interfecto . militaria monumenta dicitur restinuisse marti glo-
riosus bello trunculus . bixi togulam . assumpsisse . ut leuitatem mentis
tegeret uestis mutatione . Inde cum subreplisset in familiaritatem sac-
mini thomasi de gogis simulans se illi artem necromantie traditurum
ex qua uentura posset in quodam eneo speculo perspicere . duobus men-
sibus hominem elulit . cum interim non solum suam inopiam . fame
q. illam castrensem illius copis sustentasset . sed etiam nomine mutui
quadraginta ab illo aureos abralisset . quos ad hanc diem dicitur debere .
neq. hoc scelere contentus fratrem eius acolescentiorem quem amabat se-
duans . in agrum reatinuz . uenit abduxit ibiq. tam diu permansit
quoad pecuniam mutuo sumptam in libidine nefanda consumpsit .
Bononia inde ut audio rogatum militem . uel leporem potius excepit ubi
li quid antea peruerso egerat diligentissime emendauit . aperuit lucu-
artem se tradere oratoriam professus . in quo quidem sagax acolescen-
tiorum orator se alterum ciceronem . quantumq. poetam . nunc arith-
meticum nunc astrologum . illa fraudulenta lingua simulans . parti-
m suos mores traduxit . partim numis fraudauit . Nulli unq. menti-
endi artem magis profuisse dicunt . qm huic monstro infami . qui ta-
qm nouellus proterus cotidie in uaria uiciorum monstra se transfert .
et tu doctissime poggi huius petulantis aselli uerba non aperte contem-
nis . non plura eius scripta . qm cuiusdam portentuose belue uentris
crepitus sunt extimanda quid enim cursum . in dorsum crepiter inter-
est . fac oro te . ut proficere tibi uideantur litterarum studia . quibus
semper creditus extitisti . redige te ad uirtutem tuam exempla claris-
simorum uirorum tibi ante oculos propone . sic in mentem ueniat
socratis et catonis aliorum excellentium uirorum qui spurcissimo-
rum hominum non solum contumeliam uerborum sed etiam uiolentas
manus quantumq. perpelli fuere . Socratem cum quispiam percussisset
atq. ad referendam iniuriam amici hortarentur quid uos inquit si

Jacobus de roma .

franco paduano .

nicolaus fortebrachius .

thomas de gogis .

bononia .

proterus .

socrates et
cato .

alius uos calce percussisset. nunquid et calcem essetis. alio redituri
 leta fronte mi poggi contemne uerba hec incondita in composita. ac
 undiq; ad maledicentium collecta. que ueluti abiecti porcelli atq; in
 mundi grummitus asperneris. et si michi crederis ipm collaudabis uer
 bis tuis ut fiat qd luanius grecus scripsit. cui cum ab emulo detrahere
 tur luanius eum contra collaudaret inquit. tu in me flagicia conge
 ris. ego uero in te laudes et uterq; nostrum mentitur. Verum unuz
 est in quo requiro paulum prudentiam tuam. audiuisti dicacem illu
 scurrantem ac uelantum. tua opera in carcerem publicum fuisse coniectu
 spernanda potius fuit iniuria demeritis adulescentis qm ulciscenda
 idq; maioris animi et sapientioris consilii extitisset ne uidereris +
 magnificare illius insulam dicacitatem. Maledici ac spurcissimi con
 uiciatoris obprobria illa sunt in unuz congesta. non certa crimina
 nullum firmamentum habent. nullam sedem in qua possint consistere
 ex ergastulo mendacissimo ferentis pectoris de prompta ita enim aut
 mendacem esse hunc. iactatorem subcolum. inportunum diaculum pro
 teruuz. ad scelus omne promptum. mala mente. animo peiore. uita
 pessima. Linque ergo illud absurdum animal in uolutum suis flagicijs
 et quitquid ab eo uirtuti tue detrahitur laudibus adici uerissime pu
 tes. Nonissimus est enim omnibus. Rome fur. ac latronculus ma
 nifestus florentie in pudicus belluo. adulescentis corruptor pecunie cre
 ditore fraudator bononie scelerum officina. non taxendi. sed pedicandi
 artem professus. Sua ipsium mala facinora punient. sua uicia confu
 dent mores turpissimi redarguent. uexora manifesta. uerborum
 integumenta nudabunt. Et quis sit impudentissimus omnium ad
 simulandum ac dissimulandum paratus. quis calleat exercitium
 mentiendo tamen opera eius interiores sordes occultam labem. comel
 tica flagitia reuolabunt. Marcellet michi crede sua sponte impu
 rum atq; abiectum cadauer. atq; in suo fetore sordescet. cotidie homis
 artifex. aliquid noui sceleris molietur. quo uicia insita animo dete
 gantur. Tu uero poggi largiaris ei ultro licentiam maledicendi. et
 tuam gloriam augeri existimes uelim illius obluentione. Iudica il
 lum esse sentinam quandam cenosam. ac fetulentam. ex qua nic
 hil sincerum. nichil purum possit prodire illis primam illuz pri
 mis sapientissimorum uirorum sententiam in animo uersa eque
 esse laudari a turpibus atq; esse turpem uituperari quoq; ab improbis
 laudis loco esse ducendum omnes de te sentiunt quem admodum pol
 tulat tua uirtus illum suis sordibus conseptum. suis sepultus fla
 gicijs uilem ac despectum despicient atq; aspernabuntur. Scripsi
 que michi digna uidebantur amicitia nostra. et tuo honori digni
 tatiq; conuenire. Nisi autem uererer ne similis illi possem uideri
 scripsissem plura de sceleribus. et impudicia furunculi illius
 que alias a quodam taxo uiro qui eum probe nouerat percepi. Sed

. Luanius.

. Attende.

paucis retuli. ne tibi gloriosum existimes concertare uerbis. aut r
scriptis. cum sua Multicia. Vale. et de libello quem pollicitus fu
isti cogites oro: ~

p. candidus Andreæ bartolomeo imperiali et petro cotte.

Quali inter otium et laborem. negotiū nactus. ut quidam inter
somnia et uigiliam nec imaginantur ficta. nec uigilant. calami
assumpti. quid potissimum acturus essem. animo diuinans. puto
enim eos diuinare qui nescientes que futura sunt. mente concipiunt
aut somno consopiti. multa dicunt simulacra modis uolitantia mi
ris. Subit recitatio laudationis illius elegantissime quam leonar
dus noster arretinus in laudem patrie sue edidit. Subit etiam uene
ratio tam eximij laboris. tam honeste collati. ab optimo uiro in bene
meritos ciues suos transit. demum memoria ab his ad nostra negotia
ad patrie caritatem. ut cogitationes ad inuicem connecti solent. Quid
haec inquam clavis est. neminem ex nostris. aut suorum bonarum artium
animū. intendere. aut que aliorum percepta sunt et cognita. in lau
dem conferre. huiusmodi uisum est itaque non tam ingenuam fiducia
quam caritate suscipere nouum onus. et laudationem nostrae urbis. ab
exordio machinare. quam prius ad uos optimi et doctissimi uiri mit
tere crederem. ut an satis recte consulere non patrie solum. sed mihi
hi ipsi dignoscere possitis. nam cum difficile sit rem omnium consensu
commendatissimam laudibus extollere condignis. tum uel imprimis
difficilimum existimo seruare constantiam. ne uicariis non maio
ra solum ingenio et uiribus tuis suscepisse. sed aliorum laude
sponte depreuasse: ~

Andreas bartolomeus imperialis p. candido salutem

Deterriusti me candido doctissime dum prima operis tui fronte
deorsus et. nonnullos graues et doctos uiros ubi laudem quere
rent reprehensionem non exiguam meruisse. dum partem affer
re eloquentiam nequeunt nimia tamen dicendi cupidine ducti site
tium sibi imperare non possunt. Quid igitur faciam candido suauis
sime. ego uir elinguis. infacetus parum elegans parum doctus qui o
rationem illustrare. neque lepore ullo. atque eloquentia allicere lectores
possum. uerebor ne me more ciceronis nostri uirum insulsum uoces
et qui uel modicum mouerim otio et litteris. si uiris doctissimis
hanc uicij notam ascribis. Ita enim. hac tua monitione pauefactus et
attonitus sum ut qui uelociter inconsulte in aciem prodire. i. calamo
manu adigere consueuissem. ab haec humanissimo et placidissimo
scripticandi officio pene destinerim. et tardiusculus atque morosior
esse ceperim. et amplius pensitanda polienda. ac limanda uerba
censuerim uerum ut arbitror mougebis humanissime candido
miscit meae si non lucubrationa et ornatioa ad te detulero. Nam
sicut dicere sepe soleo sum uir legisicus inter hos nouissimos iurios

Quid sit diuinare.

ciuilis commentatores eductus. quorum parum culta. ac parum orna-
ta disciplina. sed peruulgata quodammodo arida et agrestis omne aliud
sapere uidetur quam oratoriam facultatem. quam ego huius secte inge-
nue profitebor eloquentia a meis studiis alienam. ad quam et si mo-
do studio et arcenti quodam desiderio. quantum possum et ingenii
mei uires sufficiunt. accedere summa ope contendam. non possum
tamen inueteratos quos in his studiis sumpsi facile errores oblitte-
rare. nec tiro aut assequi aut imitari ualeo eos ueteranos. qui uel
ingenio. et assidua exercitatione exactissimam et perclaram huius
artis disciplinam didicerunt. Quare hoc ego primus phedus inire
et legem laucire inter nos uolui. ut si hunc inter nos litterarum con-
seruare officium cupis. sententiam potius quam facum illum et uerbo-
rum linamenta conspexeris. si enim pondus ipsi et grauitatemque
pen saueris. quam si afferre non possum. scirebor me ineptissimum et
ut me inuoluptem confirmem uelle esse. Unde et si exilis et detenui
quodam fonte emanet oratio lumine tamen suo clara satis et nullo
pacto negligenda uideatur. memor sum seneca in epistolis ad lucilium
qualis esset sermo noster si una sederemus. aut deambularem illa
boratus et facilius tales epistolas nostras esse uolo comptus enim et or-
natus stilus. accersitus recte dicitur. Nam si possum ostendere quam lo-
qui malle. alius enim ornatus eas mulieres deat quem publicum
prodeunt ut populo placeant ut siue pulchritudinis periculum faciant
ut de specie. ac forma contendant. alius eas matronas que intra pri-
uatis comos agunt. ut patri se. atque necessarijs ostendent. ut de Julia
legimus. Ita semel tecum de hac nostra scriptitandi consuetudine dix-
isse libuit. ut post hanc nichil a me audies ad rem uero nostram ue-
niens. ego huius operis tui elegans ornatum et sublime principium
suscepi. quod profecto tue summe eloquentie tue exuberantis copie
tue splendoris artis nobis testimonium fecit. nam cum proximis diebus
semper inter ornatissimos uiros. et huius studiis humanitatis dedi-
tos. te precipuum locauerimus. et opera tua celo extulerimus opportu-
ne se nobis hoc opus tuum obtulit et tanquam locuplentissimus testis af-
fluit nostre sententie uim. atque efficaciam confirmauit. Laudauimus
ipsum pro uirili ingenio nostri. petrus tuus et ego quod si exuberantius
ingenium sortiti essemus. si uegetius. si acrius. potuissemus fortasse
uberiorem tibi glorie. ac laudis cumulum afferre. faciemus etiam ut
illustres. o. leonellus et alij qui capiunt huius tui eximij splendoris
atque tante humanitatis participes fiant. Nichilque ex nobis deest quod
nostra commendatione ac laude tibi afferri possit. quin te digne ut
par est et commendemus et extollamus. et nomen tuum plurimum fa-
ciamus. Ac si quis tam petulans. aut ingratus fuerit. qui te morde-
re. aut operi tuo liuore detraxit. erimus omnes dignitatis et glorie
tue pugiles et defensores. nec nomen tuum lacerari uel plagis affici

. Seneca .

. Julia .

uel ulla leui ex parte sinemus. Ego enim candide mi nisi hoc pollicitus
 fuisssem aliquod ex meis opusculum ad te dare tantum me eloquentie
 tue fulgor excecavit atque aciem oculorum tenuit ut nullo pacto apud
 te prodire uoluisssem neque enim ullum per me opus confectum est.
 quod non multam possit mendam correctionemque suscipere. si ante
 uiros magno et excellenti ingenio praeditos proponatur. uerum no-
 lui quam tibi pollicitus sum fieri abrogare et facilius ad te rem
 mittere qui eam pie humane correcturus sit. neque uideor dum ad te
 scribo rem in publicum efferre imo intra priuatos in e parietes co-
 tinere. Mittere ad te eptam quam pridie ad illustrem leonellem suo-
 rum studiorum exortatoriam confeci. In qua ut uideo frigidam
 aridam et ieiunam dicendi uim percipies et per uulgatam. neque
 ulla ex sui parte perfectam. Inchoasse enim uideor multa que ne-
 quaquam oboliuissse confiteor. et dum compendio me cohortare uo-
 lui ne nimius uagaretur oratio nichil expletum reliquissse uide-
 or. Sed non patitur eptaris angustia ut res que ex actis uolumini-
 bus compleri solent. breuibus uerbis expleantur. faciam igitur te-
 cum uti cauti mangones solent qui rebeliores et uiliores semper
 equos emtoribus exhibent ut postremi decentiores et meliores appa-
 reant. Nam si hec oculos tuos non offenderit. et digna uis fuerit
 que non latebris occultetur. reliqua tuo solo iudicio filius uisenda
 mandabo. que forte cultiora et maioris artis atque efficacie uidebunt
 tu me ama. et semper ut nobis aliquid rescribas. Velim

Laurentius ualla Romanus orator p. candide salutem

Perlegi laudationem florentie leonardi arretini plenam leuita-
 tis ac supinitatis. ut optime hesternis uesperis dixissse uideat. ita
 loquitur ac si neminem responsurum atque adeo neminem non
 assensurum suis ineptiis putaret. In quo libet uidere hominis non
 modo summam leuitatem. sed incredibilem de se ipso opinionem
 uideatur enim omnes homines ille ut ait quidam apud tullium de
 oratore fenum putare. At ipse non alios fenum sed leonardum bo-
 uem potius in loquendo uerissime dixerim uult florentiam here-
 dem esse imperij populi romani quasi ipsa roma extincta sit. can-
 demque progenitum ab optimis illis romanis. tanque posteriores Ro-
 mani non ab illis priscis originem ducant. quamque hoc ipsum dicere
 summe clementie est cum sciamus ipsos felulanos. a pessimo mortali-
 um Silla qui primus tyrannus Rome fuit pro colonia esse deductos
 atque ab ipso statim tempore adeo facinorosos sceleratosque fuisse ut
 omnes praeditos scelere et parricidio superarint. Si quidem duce Man-
 lio locios le Catilina usque ad bellum illud terribissimum prestiterunt. Et
 quod manifestum eorum sceleris est argumentum apud felulas id
 est florentiam bellum est gestum. ut aut omnes illi sillani latrones
 extincti sint. aut si qui remanserint tanquam parricidae summa

sanis impudent et
 inique contra Leon

ignominia sunt notati & quibus meminit Salustius . atq; item Cicero in secundo libro contra Catilinam et mille alia peccauit Leonardus . At q; ipse quoque stilius Lixus est et fluens et eneruatus . et grauitate et ingenio carens . multisq; in locis minime latine . ne dicam corrupte loquetur . Vale et hominem leuem tua grauitate castiga et somnolentum tuis uigi-
 liis excita et hebetem tuo acumine et pugione cussore et prosterne : *p.*

p. candidus Laurentio Valle salutem .

Lector tuis laudibus . quanq; satis intelligam non tam laudari me qm extolli a te . et ut ita dicam irritari tuum Leonardum nostrum . quem ob eius preclaras uirtutes summamq; eloquentiam enixe diligo . pluris tamen facio ueritatem . ac urbis nostre laudes non imeritas qm beniuolentiam cuiuspiam aut caritatem . Nichil enim optabilius patrie nichil carius nobis esse debet . cui si alicuius gratiam anteferimus non recte uidemur iudicare . Sequar itaq; propositum meum non tam suasionem tua motus qm propria adductus uoluntate . sepe enim professus sum me cunctis rebus ante ponere patrocinia ueritatis quod agam . quo ad spum hos reget artus . Vale :

Mafius . negius poeta . p. candido salutem

LEgi candidae litteras tuas . unaq; aureum opus tuum in quo si cre-
 dis michi . uisus es aere te superasse ut pene alter factus esse uide-
 ris . ac curabat tanta dicendi ubertatis tantum flumen tanta uis-
 ingenij sententiarumq; maiestatis splendor ornatus ut iam uidereris .
 Candide Candide sole candidior . Neq; iudicio tantum meo quod per-
 exiguum est fidem adhibito non contentus lectione mea curauit ut a
 multis et ceteris quidem legeretur . quotquot legerunt summum namq;
 id michi studium fuit . probarunt hercle . non probarunt . sed comen-
 darunt . sed ad celos usq; laudibus extulerunt . Est opus ipsum cum
 materia et inuentione sua prestans et admirabile . tum auctoris di-
 gnitate magnificum cum sententis et elegantia planoq; et dilucido
 quodam dicendi filo splendorissimum ut qui non ipsum probauerit
 uel desipiat certe uel inuideat . Conferunt non nichil etiam amicissi-
 me uoces mee neq; est michi hominum beniuolentia . neq; fides neq; fa-
 uor plurimus conuenerunt iam pleriq; iuuenum certatimq; id exarat
 monumentisq; reponunt . Jam prodijt conuolauitq; . doleo sed q; max-
 ime non esse id consummatum . Quod si consummaueris perfecerisq;
 aliquando . nil dubito quin cura uel tantum mea ducentas in manus
 exemplatum euadat . Crede michi qui neq; nugis neq; uano aut fal-
 laci sermone uti soleo persequitor obsecro tam elegans et perinsigne
 scriptum quod in omnes dies duraturum teq; immortalitati consecra-
 turum est persequitor bone Candide . ne te inerti tradas qui ceteros
 diligentia anteire soles . ad feres uideo occupationes tuas quas et si
 non leues intelligam minime tamen te absterrebunt si cogitaueris
 oculosq; anteposueris . C. celsam . qui longiores altioresq; inter curas

uel lectitabat tñ uel memorabile semper aliquo scriptitabat. Cuius scripta et maximo in precio sunt et uoluptati non modice legentibus cedunt. Adcinge te igitur operi magno ut es semper animo perge actutum et alacriter que cepisti exsequere. opus ego ipsum perficiendum cui uoles remittam. Quod diu ad te non scripserim impedimento fuit mala ualitudo. qua uix nunc absolui incipio. Vale

P. candidus m. feo uegio pete salutem

Pergratum michi est quod opuscula mea tanti facias quod me ad prosequendum hos illustres ut sic dixerim labores exhortaris. Quod enim utilius aut iocundius agere possim. quam consulere posteritati. consulere patrie. consulere demum laudibus. cum proprijs. tum omnium conuiuium meorum. qui a me hoc unicuique et ueluti peculiare bonum prestolantur. Gratulor itaque indulgisse me tam preclaro oneri ne dicam honori meo indulgisse amicorum suasionibus indulgisse precibus. Nam cum omnis industria summo opere commendanda sit. tum uel maxime ea extollenda est. que non sua solum. sed publica comoda priuataque considerat. Vale.

Ang. diu. ferracien. p. candido gratiano suo salutem

Gaudio platonis diuini politici ingenio tuo iam tantam integram et absolutam ad has regiones appulisse et ut ipse scribis. uidebit profecto dominus noster leonellus opus diuinum et excellens. Ego uero breui fore confido item inter Latinos oratores celeberrimum. nec minus huius principis auctoritate condignum. quam illius ducis clouestrensis semper existinaui. neque dubito quin celsitudinis sue gratissimum et singulare munus extiterit. quippe que florentibus huiusmodi doctrine studio. ac nouis presertim auctoribus. inter ceteras eius egregias uirtutes magnopere delectari soleat. Totum ne adhuc uolumen ipsum perlegi uixque apud me per noctem fuit nam ad dominum suum cito traiecit. sed eiusdem primi duo libri prestantissimi quos iam diu ad me transmiseras emendandos. satis exemplo constiteret quales reliqui princeps futuri essent. Itaque uel imprimis uirtuti tue gratie referentia ingentes atque immortales quod tantum opus excuderis singulari prorsus laude et admiratione dignissimum copiam que prestiteris. cum perito philippe philippo nostro. quous humanitate effectum est. ut princeps quoque leonellus litteratorum studiosissimus tante felicitatis participes merito fieret. Ob cuius policie etiam uirtutem et elegantiam non solum ab illustri oratione sua sed reliquis etiam eiusdem consortibus et amicis libenter tractabitur et legetur. Carpent quicumque uelint et obloquantur ueluti mures scriba. N. licentius qui inter plurimos soporissimuz semper caseum corrodunt esto quod tegumentum quis conuellat cartis amputat litteras abraoat famam nullus unquam extorquere poterit potuit quidem opus ipsum diligentiori calamo transcribi. seruato scilicet illo genere

non ingenio tuo sed patris tui traducta polita

diptongorum et pristarum litterarum orthographia. Quae si diebus nostris apud non nullos et quidem probatos viros. tum potissime apud hunc illustrem cominum precipuo honori habetur et commendationi ut que plurimum dignitatis et gratiae uoluminibus addat et legentium animos magis exacuat et accendat. sed ut cuiusuis de manu sit. de tua non esse satis constat. Spero illustrem. d. leonellum qui prudentissimus est iudex. atque adeo studiorum diuotissimus equo lato animo perlaturum. magis ipsius platonis et interpretis officium studium diligentiam admittaturum quam ignamiam transcribere solitum. Nam si librarium deflenda calamitas est enixius imploranda. uidebitur poetarum et philosophorum etate nostra penuria quos tam raros uidemus. aliquantoque etiam superior etas aboleuit ut nimirum cum scriptoribus librarij simul interierint. sed hoc satis. Quod autem cohortaris tanti phi disciplinam et eruditionem michi percipiendam. adhibeo quoad poteris uires molsento. et ut cuiuslibet elegantissimum opus michi carissimum est. huius non minus excellentissimi uiri gratissimum fore reputato. Vale commisionem tuam perfectam.

p. canonicus Henrico priori monasterij. s. hieronimi

Raynerius uancaluen sauenis etate nostra clarissimus cum germanicus ortus in finibus in italiam uenisset sic animi corporisque uirtute precelluit ut anticos omnes. nam et is principi nostro ea etate militabat ingenio et elegantia longe antiret. diligenterque uel maxime quod egregie molis signum puto litteratos uiros. ut ne a studiis humanitatis quamlibet uariis districtus curis abscederet. Is nempe cum mecum sepe numero uersatus multa singularis beniuolentiae signa prestisset. tum potissime hac una uoce animus deuinxit meum. Quippe cum in patria rediturus ad suos. multorum ut sit amore teneretur nichil eque sibi molestum esse aiebat. quoniam quod diutius nostri desiderium ferre non posset petiit itaque a me pro singulari munere ecclesiastem salomonis. quem et alias uiderat lectitatum non modo in contemptum rerum humanarum sed ob memoriam nostram sermonumque nostrorum quos plerumque de seculi huius uanitate mecum egerat. Eius pietatem inopinata conlecta mors quantum meroris michi attulerit haud facile dixerim. sed ut ad id quod dicere institui recam. letor equidem religiosissime pater specime caritatis nostrae. cum tui reminiscor. Subit enim recordatio carissimi Raynerii mei. cuius uirtutem sic admittor ut te intuens. cum uultum tuum. etatem. mores denique contemplot etiam illius animus intueri michi uideat. Nam et germania illustris prouincia. utriusque patens ut opinor est et similis in utroque caritas. et eadem me beniuolentiae est paritas. Tua amplius religio que nec illi defutura erat si uixisset. te nobis clariorem et amantiozem merito reddidit. Quamobrem cum ecclesiastem apsum nupertime in greco legere rem eiusque memoriam modo amicissimi mei sortem modo meam in ge-

miscerem. nunc illum in tempestiuo felicem obitu putarem nunc me miserum qui hisce uinis superessem haud ineptum uisum est si quid grecis litteris profecissem ab hoc primuz auspiciari. et duce Ieronimo sanctissimo et doctissimo uero iter arduuz et obstusum nichare transtuli itaq; fidelissime non modo libellum ipsum ecclesiasticis. sed plerofq; sacre scripture libros. ut in greco scriptos legeram nulla addita abiecta ue sententia ne uerbo quidem nisi quantum cocinitas ipa cogebat tempto. aut iminuto. quos tibi potissimuz delegi. non ut ingenium ostentem meum. aut hec ad modum necessaria tibi existimem que a sanctissimis et doctissimis uiris ex hebreorum fontibus hausta sunt uberius. sed ut eam beniuolentiam quam tibi multis uerbis attestatus sum etiam suonis comprobarem meis. Vale.

Michael pigolpassus .p. canoico salutem.

LEgi auide uir clarissime anteriores duos libros platonis. quos magnificio ubi uicem ciceronem basiluz et plerofq; alios qui de imbuenois pueris. et norma bene beateq; uiuendi dicere presumpserunt istum ex parte lacerasse. nec falsos libere eorum rapinas fuisse. qui sese aliquando honeste accusare potuerant. et mortuuz platonem nobis uinum relinquere. Sed elati ut uereor existimabant alienum honorem eorum ambitioni parum conferre. unde fors tua est ut mortuum dudum suscites eumq; sanctissime loquentem nobis cunctis curis postergatis qm primum reddas. Erit namq; ultra hanc laboru tuorum immortalitatem tibi apud superos perenne premium non dubito. Ceterum si unq; abste aliquid impetrare dignus uidear. te oro. tibi supplico. et pro maxime munere peto ut decimuz platonis opusculuz de religione scilicet quod reuendissimo comino nostro pollicitus es dare uelis imprimis traducere ut intelligere ualeam que nam sit platonica religio quantumq; ab hoierna differat et semper bene uale.

P. canoicus Michaeli pigolpasso salutem.

HERi dicebam inter studia. ne dicam inter pocula que a tuis parata nulla uoluptate animuz deuincent meum. Aderat Ambrosius stauroxenus sic enim cruciferos appellant greci uir ingenio prestanti doctria etiam longe precellens. qui cuperet ingenij mei periculum facere. Aderat et medina noster. Saepe quem nomine et cuiusmodi doctrina predictum uirum omnes mistabant ut ex tempore uersus euerem. Visum est itaq; uel experiri ingeniu uel ludere in iocis hos itaq; catomaius disticis adieci. Stultus amat uerbis non re pfectus haberi. Ne sis uentosus dum uis bonus ipse haberi uideri. Cui nichil est uelit alienis tergora lamis. hoc faciunt stulti quos gloria uexat inane. Vale reliqua que petis exequentur.

Michael pigolpassus .p. canoico salutem.

Vlori canoico singularis et amice optime. decimuz platonis policie librum. quem mei gratia tua solita in me tenuolentia postpositis

aliquantisper reliquis ultimis quatuor qui supererant. et in manu habebas. latinus fecisti ut suauiter religionis per eum platonem. quoniam in eo decimo libro de ea tractatur gustare possem sitiens. feci equidem sed uerum fateor non ad sacietatem. uerum quantum in modico tempore tarditati mee concessum est id opus bibi. et uiri illius non solum filiorum leporem sed et ipsam religionis scimoniaz olfecit. reiecta ista mensis que ab illibate fidei nostre christiane ritu discretare uidentur. discrepat enim in aliquibus ut perpendi. sicut de resurrectione animarum quod uel obscurum nostre intelligentie. aut omnino profanum est.

Reliqua uero que in antea quinq; libris. quos accommodaueras. et ad illustrissimum principem dominum ducem cloucestrensem direxisti apostoli examento quod bonum est tenete constanti animo complexum uelut diuinitus dicta declarant enim prebelle qui uir bonus. et iustus censendus sit admonent quid agendum dechinandum ue sit. ut ad eterna scandere ualeamus. et demum quibus datur posse eternis perfrui deliciis ostendit perclare. quoniam nihil unctioni nostre christiane proximum habetur. Habemus igitur tibi uir clarissime et candidissime libripimus et si ingrati non sumus ingentes gratias. quando fidei nostre tuis laboribus et testimoniis tanti uiri aduincula prestantur. Si uero ut premisi aliquid est nostris doctrinis inuisum. id pro non lecto habeatur ut non dubito tuam esse sententiam. uellem proinde quod abstermisteranter requiro atque ex animo obsecro mihi Candide. cum te catholicum et uerum christianum non dubitem et sciam te omnem ritum nostrum ut par est et uenerari et reuereri inter uarias tuas curas tibi tantum ac si subripere quantum ad declarationem eorum que obscure perstrinxit ipse plato et fidei nostre contrarie uidentur satis esse possit. facies quidem rem tue perspicue grauitati non indignam resecabilis ut ita dixerim omnem uolulam linguam que hactenus carpere gestiret. si huic tuo uenerando labori in calce operis antea quam e tuis manibus exeat inserueris ut quanto abesses mortalibus pro te respondeat ne te magis platonicum quam christianum dixerint Reliquum autem est ut quid cicero ab ipso platone hausserit ex ea pollicia tua sententia pandatur. Scis enim furibus nunquam parcendum esse et deplumandos esse eos qui alienis se plumis ornant quanto maxime ingratos se faciunt et alienam taceant doctrinam. Vale: ~

P. candidus Michael pigolpallb salutem

Non cessas tuis litteris exortare conuientes et risum captare per nugas. Quod enim est abortum sacris in litteris. quod ab ingenio tuo non sit comprehensum. Non contentus platone nostro qualicumque is sit etiam emendationem doctissimi uiri ab indocto exigis.

At quis antiquorum non a fide nostra discrepat. Si ueteres et fide priores cupis retractare. Quamobrem consilio et delictio tuo imponas modum contentusque sis iuxta octauum dictum hoc catone. Nec enim

ego is sum qui tanti phi dicta secus uelim interpretari qm aut ab ipso in
tellecta aut posteritati litteris fuisse mandata. Vale : ∞

P. candidus Simonino gregino salutem

Rexpi humanissimas litteras tuas Spectabilis frater quibus a me bre-
uis dabitur responsio. Deus tibi reddat gratiam bone uoluntatis in
me tue. Ipse tamen proposse enitas me ingratus sim. Vniuz tue
uirtuti in fallanter spondeo me tuum futurum amicum dum uiua
nec ab amore discessurum etiam si ipse defeceris. Nichil aut maius
aut carius possum polliceri. Scribo etiam Jacobo breuiter. cui una tibi
q̄ transmittito id modicum curam quod inductum est cum ulterius
progredi nequiuerm monitus ab eo ut comentarios. G. ceteris prius
exatam. quod facio dictum. et ex h̄ principio que secutura sunt
cognoscere poteris. demuz si principi gratum fuerit residuu dato
tempore conficiam. unuz rogo ut prefato principi libruz offerendo et
me etiam reddatis recommissum. Nam opus est ni fallor sua dignuz
cellitudine. Vale Symonine carissimo

Geno amodanus p. candido salutem

Cessat diebus superibus repentinus abitus e Mediolano meus. ut
eplis plinianas meas. quas usui nullo tibi fore propter scriptur
uicuz dixerat reliquerem. Quare cum istuc nunc proficiscatur
dominus Gerardus biragus noster postea item ad nos rediturus esse
obsecro uel petenti illi tradas. uel ne petenti quidem domum mittas.
fieri enim posset ut maioribus nonnullis distento negotijs conueni-
endi tui. nec eligandi illas potestas haui quaqm̄ relinqueretur.
Auui enim non nullos hic uolumen illud habere satis emendatum
Itaq̄ curabo modo meas habeam. et eas corrigi que postea tibi semper
in proutu erunt. sepe michi cum pogio et aurispa uirisp̄ his claris-
simis et doctissimis quibus uel litteris uel consuetudine aliqua cogni-
tus es. de te sermo est. Ex illis iussus sum plurimam tibi salutem di-
cere. Itaq̄ tu et illorum et meo etiam nomine. Vale : ∞

P. candidus franco pigolpasse mediolanensi presuli salutem

Ex tuis litteris quod ageres intellexi. Reuerendissime pater. quod
q̄ tibi iudicuz nostris de rebus foret nec minus qm̄ grate. amicuz
preces admitteres. que cum ab omnibus lete audiam a tua tam
humanitate iocundius admitto. Quod autem greca studia affectae
uidearis g. audeo. Deus facit aliquanto te non compotem. Quia in te si
auero prestabo tue dignitati solitum obsequiuz maxime cum te cupia
ut animo sic litteris. am brolio illi in chito patri nostro per similes eua-
dere qui laborem dulcem reddidit legendo scribendoq̄. Quod ut facias
hortatore non eges. sed adiutore. Hoc uero attestari audeo expertus in
me neminem latinis litteris intelligere qui grecas ignorarit. quibus
ut nichil utilius existimo ita nec dulcius aut suauius. sed hec aliae
Que uero de Ariopagi uocabulo tibi scripsi quaqm̄ certa autumen.

certiora reddam. non esse scilicet aut pestilentie aut cruoris locum sed
 id quorundam falsa estimatione processisse. Nuper enim cum policie
 platonis librum tertium legerem. quo opere michi crede nil utilius
 aut ornatius. ueritatem offendi. non ad aram martis. sed Iouis patris
 in Iseo pago hec obscena fieri consueuisse. Hec seratis uerba sunt a
 poeta sumpta καὶ οἱ θεῶν ἀρχὴν ποιοὶ ζῆλον ἔχουσιν καὶ δαίμων ἴα
 τῶν δῖος πρώτου βωμῶν ἔχουσιν αἰθέρι καὶ οὐρανῶ σφίρ ἐξέτηλον αἶμα
 δαίμωνων

Damnat enim insana sacrificia que ne proferre quidem licet iniquis
 minime credendum qd hec agerent deorum proximi in lemne prope
 Iouem. quorum in Iseo pago Iouis patris ara prestat in ethere. quibus
 nunduz sanguis exmonuz attenuatus est. Ex quo clarum est non ari
 opagum. sed diospagum appellari locum illum brutonuz ex quo dig
 nitas tua dubitare uidebatur de Iuuio quid sperem nescio. hic omnia
 dubia ut iam rebus in hac forma procedentibus intollerabilis sit mul
 torum fors et maxime eorum qui nichil prouiderunt in futurum

expositio graec
 superior

Vale:

Franciscus picolpassus. p. candido salutem

Probe atq; ample mecum egisti et heri et hodie. Candida mi studiose
 oum et mentis scripture uite pomponij emendas. insuper et
 dubia regie declaras dictumq; ultra facto impleas epistole nepotis
 missione. Vnde tuo pro studio ego uberem capio fructum. Itaq; iam
 aliquantisper degustatis ferculis primoribus tuis. spero molumen
 ta prestari ex te continuo excellentiora michi. Carptim pro tempore
 proq; fructus furtiuus studijs tuis in me traouendis. Vale:

p. candidus francisco picolpasso presuli salutem

Quero ex te pater optime cur. Jeronimus uir doctissimus. et qui
 nunqm errat hanc particulam ex libris Job sic interpretatus
 fuit. Habet argentum uenaruz suarum principia. et auro
 locus est in quo conflatur ferruz de terra tollitur. et lapis solutus calo
 re in es conuertitur. Cum uetus interpres in greco sic dixerit est ar
 gento locus ubi gignitur locus est etiam auro ubi disponitur ferruz
 de terra tollitur. es uero ad similitudinem lapidis exciditur. Omnes
 sophiste statim ad harenam confugient ac dicent Jeronimus hec ex
 hebraicis libris traouisse. quasi ex littera et non de sententia et ueri
 tate queratur. Nunquid pater optime Job de mineris non autem
 de fornacibus locutus est. Quod item Jeronimus primis uerbis
 innuit oum dicit habere argentum uenarum suarum principia.
 deinde adicit et auro locus est in quo conflatur. nu ad fornacem de
 fluit oratio. conflare enim quod significet satis intelligimus sed
 sint ista hebraea uel calcea uel si mauius egyptia. nunquid hebrei ex
 lapidibus solutis es faciunt. aut potius es ad similitudinem lapi
 dis exciditur. Hec fortasse concordant cum platonis policia et

Catonis. Nam catonis uxor nulli com̄ unquā fuit. nec lex ista magis
catonis quā ceterorum fuit. Romanorum. Quomodo ergo ab ipso prece-
teris notatus est caro? et non paulus enulius aut reliqui. Hec liben-
ter scire aueo. Vale: ∞

Franciscus pigolpassus p. candido salutem

Tenes non dubito memoria Candide dum priorem offendisses me
legentem in ambrosio de resurrectione in loco ubi agit de phœnice
collationem superinde mutuum ut scilicet uerificari non posset
per etatis testimonium de annis quingentis. Quod uolens mouere am-
brosius sic ibi continuat inter cetera uidelicet. Nam thecam illam
per tumultum corporis uel in cunabulum resurgens in qua deficiens
occidit et occidens resurrexit ex ethiopia in licioniam uehit atq; ita
in resurrectione auiū huius locorum mole completum quingentorū
annorum tempus intelligunt. Ergo isti aui quingentesimus resur-
rectionis annus est nobis millesimus illi in seculo nobis in consu-
tione mundi. per hoc non intelligo ego neq; capere possum illud quod
scribit completum quingentorum annorum tempus intelligunt lo-
corum mole neq; uideo rationem qua illi uel alij ex ipso textu intelli-
gere possint nisi forsitan deficiat quod posset declinare. Ad te ergo mitto
tanquā unum ex incolis illis intellectu uel quod capis et sentis facias
ut intelligam. Vale: ∞

p. candidus francisco pigolpasso meliolanensi presuli salutem

Ophœnice quid sentiam hec habeo. Ambrosius uir doctissimus ac
sanctissimus nichil inane aut non probatissimum potius et com-
mendatissimum scripsit unquā constat ex illustribus autoribus phœ-
nicem unicam in toto orbe ac semel tantum quinquagesimo ortu ano
que cum senio confecta nature finem imponere cupit. thecam ut
ambrosius inquit ex aromantibus contextam tanquā priam struit ad
solem in qua alia bipotentibus radios excipiens mcalefcit. et earum
agitatione continua succenditur. et perit ex huius cineribus in uer-
miculi formam noua subinde phœnix exoritur que thece illius reli-
quias ex ethiopia in licioniam defert mole uero qui a maioribus
suis notatos fastus ratio ordine q; sequuntur in fine quinquagesimi #
anni. nouam thecam in uehi ceprehendunt. Itaq; ut nonnulli ab
olimpiace annos annotare soliti sunt sic illi ab theca illa phœnicis
annorum suorum exordium auspicantur. quod subinde mino-
res imitati completum quingentorum annorum tempus certo or-
dine ceprehendunt habes quid sentiam de phœnice tua. Vale: ∞

*Liber sextus epistolarum nouissimarum explicat. Incipit septim⁹
qui continet epl̄as xxviii.*

*p. candidus Symonino gighino salutem
frater guilielmus cartusienis prior p. candido*

Multo meli⁹ et elegan-
tius et in metro Lactā-
tius de phœnice disertat
q̄ uel a uel Ambrosius.
Tacuisse igit de phœnice
Lactantij. uel ignorā-
tie signū est uel arrogā-
tie.

- p. candidus fratri gulliermo salutem
- frater christophorus Emenlis p. candido
- p. candidus fratri christophoro Emenli
- Eustatius uegus. p. candido
- p. candidus genono castelionensi baiocensi ep̄o
- Thiuis sculouilis p. candido
- p. candidus tito liuid salutem
- Berengarius mercader miles. p. candido
- p. candidus. sub nomine Angeli comitis Campobauenlis illustri principi domino Infanti petro aragonuz salutem
- Antoni ferraruz. p. candido
- Antonius Idem. p. candido
- p. candidus Antonio ferraruzi
- carissimo suo
- Anton ferraruz. p. candido
- p. candidus Antonio predicto
- p. candidus Nicolao arambolto iuriconsulto
- Geno amianus. p. candido
- Alfonlus burgenlis ep̄us p. candido
- p. candidus Alfonso burgenli ep̄o
- Alfonlus burgenlis ep̄us p. candido
- p. candidus Alfonso burgenli ep̄o
- p. candidus Alfonso burgenli ep̄o
- Alfonlus burgenlis ep̄us p. candido
- p. candidus Alfonso burgenli ep̄o
- Alfonlus burgenlis ep̄us p. candido
- p. candidus Alfonso burgenli ep̄o salutem

p. candidus Simonino giglino ducali Secretario salutem

On uereor nequi me celsam putent Simonine mi si hie
 studis diutius inheream. multa q̄ haud qua q̄ memoratu
 digna ad te nouo quodam epl̄arum ordine describam. Nam
 cum ab meunte etate uentiq̄ ab humanitatis studio cefferi
 quis est qui digne in nos inuehat si qua uarie scripta sunt a nobis aut
 ab alijs repetita quadam dicendi serie conuectam. ut presentibus non
 solum pro sint labores nostri sed posteris etiam sit nomen nostruz com
 mendatum. Equidem fateor non multi facere me has familiares +
 scriptiones nec hie in concino scribendi genere nimis delectari. sed cum
 preterita studia animo contemplor non possum non in hac facilitate
 scribendi quiescere et que mutuo cum amicis colloquia habuerim lete
 recensere. Nam si confabulationibus suis delectantur hi qui una

Extra Ictanea

uarias et ignotas regiones peragerunt. ut quod dictum fuit pati memi-
 nisse dulce sit. quid nos facturos reris. qui non uaria et diuersa solum
 inter amicos explicamus sed ea ad aliorum iocunditatem litterarum mo-
 numenti comendamus. multa enim sunt per scripta a me que facile
 horum librorum leuitatem deprecari queant. si rite cogites nullum
 tempus in hunc aut inutile pertransisse manus nostras. Quid enim re-
 feram ab ipis ut ita dicam incunabulis. septem de iuuenilibus studiis
 libros exaratos de laudibus urbis nostre librum unum in lactantiu
 firmianuz pro tuicione platonis nostri librum alterum de exemplis
 illustribus itidem librum unuz historie peregrine libros quinque qui
 quantam utilitatem attulerint nostris ciuibus. haud facile dixerim?
 scripsimus etiam seu uerius collegim? declamationuz libros duos
 in quibus omnia phie munimenta declarata sunt transtulit deinde in
 oustra nostra ad studia grecarum litterarum in quibus quantum
 profererimus aliorum sit iudiciuz. Sed cum multa a nostris memo-
 ratu digna. e grecis litteris translata sint. nichil tamen utilius nic-
 hil elegantius in lucem a quaquam traductum est his policie platonis
 decem libris quos nose grecis latinos facimus. Quam obrem. cum
 ignotus quodam modo apud nos esset plato nunc tantum nostra opera
 notissimum simul et utilissimum effectus sit. Quibus ex rebus si tecum
 gloriamur aliquanto symonine coctissime. si apud plurimos nome-
 nostrum in honore haberi multi facimus si libenter ea repetimus
 que quondam iocunditatem non modicam attulerunt menti nre
 faueant illi quicunq; hi sint potius qm laboribus nostris nascant
 paciantur q; hos nouissimarum eptarum libros. ad te scribi. qui in de-
 cus tui nominis ad nouuz iam ut dicam gradum ascenderunt. Fate-
 or me leuius ad modum consulere rebus meis si ea opera repeterem
 aut magni facerem que in uulgu emanarunt. et que a nobis in
 maternam linguam traducta sunt que quamquam a multis comen-
 data sint et in lucem edita minus tamen auctoritatis apud me sem-
 per habuere nec numero librorum aut uulgi libidine. aduici potui
 ut eas cum hoc humanissimo scribendi generem conferre. Vale:

frater gulliermus cartusienfis prior p. candido salutem

Verliculos ut more tuo loquar per te pater et comine mi olim edi-
 toseleganter. singulari pro exenpio ad me missos tam audus qm
 letus accepi. Admirans proinde tui acumen ingenij intellectus
 claritatem. sibi cellituome luculentius quid dicere posset laureatus
 si uiueret ille petrarcha tuus qui de uitis illustribus mire disseruit
 ac de eorundem boccatiuz flebili casu. Compendiose fateor rem mag-
 nam dixisti. Et me felicem qui uidere merui tam fabrefactum opus
 o. utinam attenderet mortaluz ceca cupiditas. metrorum tuorum
 sententiam. sententiaq; ageret opus. nec sic tot caderent quia nec
 tot ad alta anhelerent. plane nichil sub sole stabile et quo gradus

Ita manus Ventosuz
 Jactantia.

et satis corrupte.

postume Anst.

imo opa dñi Viti
 Decembri 1. q. pmi
 bn 2. pfero modix


cellior . eo ruina maior . Quod moralis ille Seneca tuus liquito cernens
suo si bene memini Lucilio hoc intotum dedit . Redige inquit te ad par-
ua ex quibus cadere non possis . At proboolor periri sunt hodie qui hac
sotentur humilitatis doctrinam . uiam haud dubiuz tutam et pacis
amicam potius ad alta ruituri periculosissime tendunt . Sicq; fit ut no-
nullos ruere necesse sit . Ceterum hic silebo ne tuas delicatas aures fastidi-
um inculte uerborum offendar . bene . Vale semper felix in domino .

P. candidus fratri gualterio salutem .


L Auto sententiam tuam et approbo . ingenium autem meum non
utiq; ad miror . cum ea a me relata sint qui a plurimis olim uel
scripta sunt . uel opere comendata memorie . Quid enim clarius
quo cunctis apertius . uita hominis ut sanctissimus ille uir inquit mi-
licia est super terram . Sed hec suauora michi reddidit auctoritas tua plus
enim uiuunt que a digniori iudicio proficiuntur . Verum hec alias
inter quietem et otium et ipsa nemora tua et strepentes aues ac riuo-
rum murmura loquemur . Nunc autem gaudeo franciscuz nostruz
ad te uenisse . sic animo compositum sic mente ornatum et moribus
ut facile sit celesti agricole modicis humanarum rerum fructibus
horrentem . arbulculam mundare caritatis dignus est te patre et do-
mino . Iuuenis cui ingenium salubre et splendendum . adest temporum
nostrorum sordida non secus ac iaspis in fino latitabat hunc tue
humanitati et si minime opus sit comendo . Vale .

frater christophorus fanensis . p. candido salutem

C onsiuerunt literatissimi uiri eloquentissime rethor . amatores
diuine religionis . et fidei catholice . cum horum prodigiorum appari-
tiones uel eueniunt uel simulantur eorum ueritatem diligentius
suscitari . ut si ad augmentum orthodoxe fidei exorta sint . illa utiq; ap-
probent uenerentur et predicent . atq; ignavis hominibus et incredulis
mentis cecitatem adaperiant . Sim autem insidiator animarum simula-
to opere pietatis . et pretextu parcitatis . alimentorum simplices hominum
mentes illuxerit enutriendi . alicuius in fide erroris causa et xpicolu-
gregia illaqueandi tum omni solertia fide et opere exorbitantes a uia gre-
ges reflectere ac reuocare nitantur . et studeant . atq; iam percipites ad
foueam animas relapsere moluntur . Cum itaq; ex illorum cetu homi-
num te imprimis unum et audiuerim et norim qui sapienter sciunt
atq; religiose colunt cristi fidem desideratissime menti mee de tali
aut miraculo aut heresi merito sapientiam tuam uisum est consul-
tum iri . Ceterum quia iuxta . Seuerimus nostrum medicorum ope-
tam prestolantem . sua ceterere uulnera necesse est quid michi huc
ulq; creditum sit pauca in simulo . de ultra abouam ipse ego re-
di prestantam ut ferebatur a sancta uirgine humu . more ceteroz
ueneratus . circumseptumq; locum limphz scaturientis ingressus
sum et lotis diuitiazat manibus de omni pene morborum corde tabe

ficti liquoris. ter haustus accepi nichil horrens. uerum animo humili
 piaque deuotione ob sanctissimam uirginem assumptam degluciene
 aquam. Quin etiam explorate mulieris simplicitati in hesitantem at
 tribui fidem. dum ab ueneranda sibi uisa uirgine aliqua edicta recen
 leret. porto autem cum postea labatum inuiceret celebrari contra su
 mi pontificis et beati sancti gregori in super cum ulcerata genua
 et crustatos calones propter longas orationes in glorificato corpore se
 uuisse affirmaret illico titubauit paulatim credere incipiens nequa
 magis illusionem quam sanctam uisionem mulieri comparuisse. du
 bia tamen mens est utrum illud ipse. quosdam priorem egrotantes
 liberare potuerit. an restituta illis sanctas exillarum contigerit uirtu
 te aquarum finitimis illis et incolis hactenus incognita. Atqui cur
 iam animo inheserit uirginis apparitionem non fuisse expiari ab
 illa egritudines in errorem fidei usquequaque non credo. Tu igitur cui
 occulta sapientie manifesta esse debent ob studiosum ac splendorum
 ingenium tuum et piam in deo fidem opinionem in hac re tuam mi
 chi inlinuare dignaberis que haud quaque ut existimo ab ipsa ueritate
 delitabit. Ego enim cum facillime semper sapientibus acquieuerim
 tua super hoc transire consilia. absurdum putabo. Vale: 

frater christophorus fauensis. p. candido salutem

Cum his antea diebus ad te alias mille de apparitione fontis consul
 tationis copiam super legerem. habendi a te responsi quicquam no
 uis me inualit affectus. cum quod tu in ea re sentires me iul
 tificaret. tum etiam ut singulari tua illa illoquentia modestissimaque
 sermonis grauitate delectarer legi et enim exquisitum a te iudicium
 in guarinum uerouensem eplam item ad illustrissimum ducem nos
 trum de insigni eius uexillo aliaque pleraque aluculento illo tuo acer
 rimoque ingenio profecta que emendatum quocumque animus et co
 ponere et enutrire possunt. preterea adhuc incertum habeo quid rec
 tius credam de nouissima illa apparitione quod nequaquam sapien
 tiam apud tantum latere existimo. Quamobrem nisi a plurima
 maximaque re circuuenturaris que id omnino prohibeat cum tempel
 tius adhuc fueris aliquid quelo rescribere. Id cum tu michi gra
 tissimum effecisse dignaberis in gratiam me ueris affectum ten
 sisse scito. Vale: 

p. candidus fratri christophoro fauensi salutem

Anus ni fallor elapsus est. ex quo alteram a te accepi epistolam
 nunc denuo tuis litteris ad scribendum excitator. Quam uellem
 uel minimam partem uirtutis michi. idelle quam comemo
 ras. Sed te ut opinor non iudicium sed amor detinet. Geram itaque
 tibi morem. et quod prima epistola meditatus sum secundo absoluam
 Cupio tamen michi ignosci a te doctissimo uiro dum animum et
 tempus colligo quod breui spero futurum. Nunc autem mille labori

bus conteror accingorem ad germanicas niues et alpina frigora t
sed statim reddam quod spondeo ut si minus ingenio meo saltem faue
as obsequio. Vale.

Eustatius regius. p. candido salutem

Heri ad me celate sunt littere Masei uegii germani mei quibus au
nere erant quas tibi in presentiarum mitto. Sed quanto desiderio
uir clarissime quantaq; aueritate curauerim et sollicitudine ut
tibi qm̄primuz obliuiscerentur non facile dixerim cum propter poete
celebritatem ex quo proficiscebantur. cui hercle non est publica uena
qui etiam nichil expositum soleat deducere. more satirici. tum etiam
propter uiri ad quem debebantur non paruum auctoritatem preterea
has tibi litteras scribere dignum duxi. ut in tui amicitiam deuenirez.
qui et studio et eloquentia es tanqm̄ sidus splendidissimuz cuius
etiam omnium bonarum artium noticia ad laudibus celebrata est ut
non possim facere quin te diligam. quin te colam et obseruem pluri
muz. Satis quidem nota est tua michi singularis in omnes humani
tas et presertim in Maphem fratrem meum. neq; enim contineri
potuissent quin ad te hac breui epistola conuolarem. una cum lris
germani mei qui sicuti abste magna complectitur beniuolentia ita
et ego itidem. licet ea non sit michi ingenii uis imo longe dispar illi
qui usq; ab ineunte ip̄li etate ut cetera preteream tantum ualeat si
ne oratione soluta struit. sine uersus pagit. quantum prestantissimo
et singulari iudicio iudicandum relinquo. Ne longius progrediar
pro imperio utere me et. Vale.

p. candidus zenono castellionensi ep̄o baiocensi salutem

Cum nuper partem librorum suorum illustrissimo principi do
mino duci cloucestrensi forem premisurus. Viliam est aliquid
ad te Reuerentia pater iocandi causa legendiq; transmittere ne
uel ocio abundares et tedio uel adeo officijs creditus ut amicos facile pos
sis obliuisci. Neutrum michi non suspitiosum in illis presertim re
giombus in quibus ligurum nomen penitus extinctum est. puto
democritum cum in numerabiles muncos effringeret de huiusmodi
amicorum peregrinationibus solitudinibusq; intellexisse. Quod enim
aliud est ad antipodes scribere. qm̄ ad eos qui nec uidentur nec audiunt
et tamen celo fruuntur libero. tum his que ad uiuendi necessitatem ac
comodata sunt. Itaq; siue ad antipodes moram ducis siue alio in urbe
ceteris ignoto diutius permanisurus es. precor ut tuorum memoriam
diucius conserues. quorum in numero ip̄e non in ultimis cupio ha
beri et si minus mereat. Misi nuper ut alias dignitati tue pollicitus
fueram me subinde per uices esse misturum. Illustrissimo duci memo
rato decem et octo uolumina librorum ex elegantioribus nouiter tran
scripta et ornata nam nichil insignis precio haberi potest nisi cura et
diligentia mea transcribatur. Quod ago quotidie quousq; uotis suis

Democritus

plene satisfactum fuerit. Misi insuper dignitati sue uolumen alio po-
licie platonice emendatum diligentissime ut cum suo conferri queat.
quod meo iudicio propter ualitudinem quam diu passus sum minus e-
mendatum fuit. Et enim uix ulli negotio presertim litterarum iam pri-
tem idoneus esse potui parumque in dies conualesco. Hanc quidem polici-
am ut dignitati sue scripsi tibi reuerentia pater cono to facile nunc erit
per nuncios hinc inde comentes illam a donatione sua exigere. et mei
inter memoriam seruare qui dignitatis tue filius et seruator sum ubi-
cumque exgam. quam felicitare dignetur. altissimi Rolandum michi
dilectissimum bene ualere cupio

T. Iulius Frulouius . p. candido salutem .

Sic ratio mearum peregrinationum exigit me quod interdum uersipel-
lem faciam. Ego a uobis abiens ut uerum non inficiat ex principi-
bus nauicans. iteo stomachatus sum. ut ipsorum ieiunium aliqua-
tis per sit habendum cum popularibus uiuenti. quam obrem recta to-
losam profectus inter philicos et artistas doctor declaratus sum. inde rec-
ta barguliam quam barganonam uocant ubi memor quantum tibi de-
beam statim ut per librarios michi licitum fuit historiam illam claris-
simum regis anglorum transcribi iussi. pluresque mittere uolui me sem-
per frustrati sunt tabellarii. tandem cum bonromeis michi conuenit
qui negotiantur istis. quillam sibi darem pollicentes quod dabunt operam
ut illam habeas. habent et a me hanc eplam quam non celeriter reo-
di spero uerum quoniam inter nos uerba fecimus super cornelio illo
philico cuius exemplum misisti serenissimo principi meo comino co-
mino duci clouestrie et super galieno pro nostra amicitia te roga-
tum uelim si tibi facultas illa praebeatur laborum librorum eius me-
litteris tuis certum facere uelis. quod ad te pecuniam mittam. et quanta
opus est galieni plura uolumina pollicero et cum recordor te simplici
eius michi mentionem fecisse. quod semper cuiusque docti et non uul-
garis maxime feci. te scire uelim quod galienus librum fecit de simplici
medicina quem ceteri precedunt alij duo de elementis et de complex-
ione quos ego teneo. Sin preter istos scripsit alia simplicia que possis
habere te rogo et si uis supplico huiusce rei me magistrum facias. et
an michi spes sit si nummos quos satis esse docebis misero librum habe-
di ego non tardabo neque me negligentem neque rei minus cupidum
dices. in super salutem dicas uerbis meis uiro nobili petro mantegano
michi amicissimo. et uere digno qui in amicorum numero habeat
Ego ad illum scripsissem et iam ter uobis omnibus illud feceram modo
quali desperans hanc eplam cedi. et bargulie uiget preterea pestilen-
tia quod non michi non paruo fuit incommodo nam ruralia colo neque
infirmum ullum uisito. si mutabitur aer hic michi bene futurum
spero. Vale : ∞

Bargulias illustris
civitas

p. candidus tito livio salutem

Bene agis qui temporis pares et te nolis principibus enim usque adeo parandum est. quo ad meritis uirtuti gratias impendunt. non enim is princeps habendus est qui in iudicando fallitur. in promerendo ac demerendo plus uoluptati quam boni fauere solet. Itaque bonis semper adhaereas. sin minus adhaereas historiam tuam libentissime uidi. libros uero requisitos mittam si licuerit per honorem tuos. tanti enim facio uirtutem tuam ut nichil arduius michi putem in quo tibi queam complacere. Sincere tecum loquor. non ut ille qui amico poscenti aliquid et necessitate laboranti de die differit in diem ut inquit salomon Tu modo cum ut bene uiuas et uitam quiete. secureque traducas quod partim facultate consequeris partim sapientia et moribus adipisci poteris unum in te est. alterum ex te pendet. si ita uixeris ut te omnes dignum quouis bono deputent. Vale: ~

Beringarius mercator miles. p. candido salutem

Quoniam de sumario illo tue policie platonis congratulor ex reliquis illis sagnutinorum ortus qui usque ad sui perniciem religionem fidemque suerei publice reddiderunt lingua mea satis explicare non potest. animus uero tuus melius intelligit. Si me et dignum de familia tanti et talis serenissimi comini mei Regis et bone alicuius artis amatorem existimas. quibus rebus te certum facere cogor amorem benigno lentiam et quae alicuius boni species in me est. ea tibi ubique et semper fore perdebita. unum tamen promissi oblitus fueris intus deprecor. et me ne ire perditam uelis quem esurientem non ista parua tua bucella tam pascere quam exuberantem famem excitauisse arbitreris. Vale et nostri laurentij ut recorderis Rogo: ~

ne

p. candidus sub nomine Angeli comitis campobadensis illustris principi d. melanti petro Aragonum

Tuona paream dignitatis tue princeps illustrissime qua nichil michi aut iocundius aut gratius in hac uita esse potest. Ecce quod tota mente concupueras fidelissime offero tue claritati. libros scilicet historie elegantissime Quinti cursii de gestis alexandri magni quos fortuna quadam aspirante frustra diu perquisitos. in Neapolitanensi urbe tandem repperi. nuperrime trauctos in maternam linguam. id nichilum eius urbis ducem. Habes igitur princeps illustrissime non solum opus exoptatum uerum etiam ornate eleganterque trauctum. dignumque conspectu claritatis tue quod precipue fidei et amoris in se mei seruet monumentum et me a te tuo plerumque referat ut opto. Vale princeps prestantissime que nobiscum diutissime felicissimeque conseruet qui mundo imperat: ~

Antonius ferrariensis p. candido salutem

Ex celeriore reditu ex Liguria Napnerij nostri colui eum tibi eptas meas non obsignauisse: quas magnopere comendaram ad te perferendas. Quippe neq; te conueniendi neq; abloquendi unquam tempus datum exculauit sed quidam cesari familiarissimo tuo: ut officio suppleret reliquisse. Quo fit ut pro uno in comoto duplex iactura consecuta sit tibi uicelicer q; meas in tempore non suscepisti nam fortasse quicquam rescripsisses: et michi igitur q; nullum sine abste responsu neq; eptas illas brixienles habuerim. Quod si tantem meas a cesare suscepisti letor tamen aliquantum ut intellexeris qualem in libris tuis sententiam tulerim. Nam que ad tuam laudem et librorum ipsorum dignitatem spectant ea potissimum predicanda et magni estimandi cenleo: que uero de incuria librarij memorauit qui minus accurate transcripsisset: nunc iam silenda pretereo: quoniam si oportebit a nobis opus ipsum rescribetur neq; ad officij tuum pertinet hec de scriptura contentio. Vale: ~

Antonius ferrariensis p. candido germanico suo salutem

Magnerius noster lator presentij hinc abscedens edixit omnino scriberem se multotiens abste tam et si non accesserit epulandi gratia requisitum nunc contumacie suffecturum tecum mensem moraturus. Gaudes si sic fuerit eum tibi potissime datum: qui michi esset amicissimus. Itaq; scripsi ut utriusq; uotum hoc pacto dirigerem. Nam ut de te taceam quem modestissimus scio: is alter est non merita uel simulatione collutus: sed rectus et solers ut cui rarus ex ferrariensibus pares inuenias. ferrariensem autem eum appello urbis assuetudine et tanq; natione non moribus: comendat preterea isthinc eloquentiam tuam et uirtutem egregiam sepenuo. Quo fit ut preterquam a singulis complectendus abste haud merito tenendus sit. Quid enim de rebus tuis preter famam super futurus: hec solum nostri summa laboris habet. Que tamen si satis perspicua est et inter claros uiros elata: plerumq; etiam cuiusdam amia uerbis exestuat. Hunc igitur tibi comento huic concede: qui fide et caritate tua non indignus. Vale: ~

p. candidus Antonius ferrariensis salutem.

Multa enim ex te oietim audio: scribis enim multa sed id quod summe aueo nequaquam audio. Quid enim opus est tot occupationibus uanis et manibus: explici animis tuis aliquando et omis nugis studio et littis uaca: que te meliorem in dies facient modo librariorum mendas arguis modo inter nationes iudicas quis melior sit: aut quis deterior. sed non ea qua dicit uia: bonus is est ut inquit plato qui bonam habet animam: malus qui malam et iniustam possidet: impudicia enim iniusticia ac timiditas anime contraria sunt: nec incerta nouimenta itaq; litteris adhibeto operam: sed ut uirtuti prius cuius etiam expertes: nullis litteris comendari pro

Tollere festucam si uis de fratris oculo. Cum tua conturbent lumina tolle trabem.

merentur . Vale .

Antonii ferrariensis . p. candido salutem

Nichil nunc potissime lecto . studeoq; continue qm̄ in tua platonica policia . Eam siquidem bis . ab initio . ad finem usq; perlegi . Cuius sane sententias nichil iudicio meo grauius nichil elegantius uel copiosius . quod ad rem publicam pertineat inueniri possit tantuz ne diligentia tua pleraq; iterum corrigendi uelut ultima quedam manus ut aiunt defuisset in his potissimum que etiam preter grecorum uerborum obseruantiam aptius et secunditius dici posse uiderentur uerum enim uero tantum . atq; ipsius phi ingenio illectus sum ut no solum hanc nouissimam tuam . sed insuper genitoris nostri ueterem eiusdem policie translationem uidere miro ex desiderio incensus sim . Quam obrem frater precor cum pro uis parentis pia recordatione et reuerentia . tum pro familiaritate nostra et caritate . eam qm̄ primuz possis ad me mittas . Quam cum perlegero demum cumulate remittam nichil michi gratius nichil iocundius . et acceptius fore putaueris .

Vale .

p. candido Antonio ferrariensis salutem

Scribis te nichil potius legere ac studere qm̄ in policia platonice . Laudo lectionem tuam ac studium . Quod enim utilius potes aut legere aut studere . Sed ut ex litteris tuis intelligo nuncuz plene illaz lectitasti . qui nuncuz plene intelligis dicis enim eius sententias tuo iudicio nichil grauius aut elegantius inueniri posse . quo ad rem publicam pertineat . at me hercle nichil minus in ea leges . Nam cum de re publica disputet . nichil de eius statu refert . uerum si diligenter attenderis . Quemaomodo . Qui uisilianus oratorem ab incunabulis instituit sic plato bonum ac perfectum uirum quem solum principatu dignuz censet erudiuit . Equum est enim qui ceteris preesse debeat . cum ceteris esse digniorem . Itaq; qui ceteris . qui eloquens qui strenuus . qui studiosus . qui ceteris optimis artibus eruditus esse cupit . qui deniq; talis esse uult ut perfectus uir sit ut postremo princeps esse mereatur hanc legat policiam . ab hac mores uiteq; instituta percipiat . Que doctrina a primo libro ad octauuz pertinet . Tunc enim accepta dei uiri cognitione idem quicumq; is erit rem publicam ad imaginem illius uiri et prepotentis dei disponet . ac reget . ac demum sumuz bonum nanciscetur . Reliqui tres libri ad reprehensionem magis esse institutionis rerum publicarum qm̄ ad doctrinam ueritatis perfecti sunt . puta itaq; te nichil hoc opere perfectius nichil utilius posse legere . Reliqua studia potius ad gloriam ac iactantia aut inanem quandam uoluptatem uidentur inuenta . Verum hec per te abunde nosces cum tempus aderit et qualis hec uita sit . ad dubitabis humanarum rerum casu circumfusis . comat enim tempus omnia . Quod ad tuam requisitionem pertinet in parte

Nimiu arroganter et super
loquitur .

. Tempus .

latis est ut puto factum. Accipies quippe librum quintuz translationis
Genitoris olim nostri. quem a reliquis separatim alias miseram epo
baicensi. ex huius collatione reliquorum formam et contextuz fa-
cillime quibus iudicare. Miror itaq; dixisse. Gaurinuz ut scribis trans-
lationem meam obtulisses. se alias libros istos inspexisse nec ex traduc-
tione translationem distinxisse. Quid enim magis dissimile qm
pictura picture et si unius ideam ambe cupiant exprimere. uelles
frater optime translationem illam nunq; in lucem emeruisse. et si iam
pridem a se ipa exoleuerit ac defecerit. transductio autem mea ad ul-
timos terrarum situs sumo cum honore legitur et colitur. nec solu
italie. sed anglie et hispanie fines attingit. in qua si qua desunt plu-
ra tamen adiuuant ad perfectam operis consumationem. Nec profe-
cto tibi assentior in his que scribis de repetitione quorundam uer-
borum emulatur etiam uicia non in epte exprimat cetera que referes
inania sunt nam ut Flachus inquit operi longo fas es obrepere lo-
num. Hec qualiacumq; tremula manu nundum plane pristinae
sanitati redditus tibi scribo. Vale: ∞

p. candidus. Nicolao arcembolo Jurisconsulto salutem

Cum omnia spes mea in amicorum ope sita sit tum uel potissimu
in te nicolae optime et humanissime cuius beniuolentia et
caritatem nunq; in me defuisse cognoui cum igitur a prin-
cipe ad hanc urbem certis ex causis missus fuero. et temporis pe-
nuria ac rerum ipsarum necessitate coactus. litteras exigere nequi-
uerim. uisum est non diluere multiplicem spem importunitate
poscendi sed orationi aselli more demittere auriculas cum graui-
us dorso subit onus et ad proprias uires redire. Ad te igitur et hu-
manitatem tuam confugio. aut me non deseras in re iusta et ho-
nesta. ne ipse scilicet domino meo desim et ex tenui corrupto uo-
cabulo inobediens dicar ueteri instituto. Vale: ∞

Geno amioanus. p. candido salutem

Placet michi uehementius qd propositum mutaris statuerisq;
eptas illas plinianas emendare. Nam et si minime dubitem
propter earum correctionem prouinciam hanc non mediocri
tibi labori. ne dicam fastidio merito futuram tamen cum et pre-
dicatione tua et hortatione mediocriter plinio ipsi adfectus sim
quid malim potius qm epistolas ipas emendatas et per te. precipue
eciam cum ea secum et familiaritate et consuetudine deuinctus
lis ut nulla coniunctiore amicitia et proprio sermone qm pli-
nij utar. itaq; non moto per me licet tibi eptas ipas emendatas
reddere. sed id ipsum recipienti tibi plurimas habeo gratias. ultro
q; ad ipm te opus exoratum esse uelim. Quod autem nichil tibi de
comenali nostro scripserim id ipsum uisum fuit michi superfluum
adueniente istuz. d. Gerardo birago cuius cum familiaris admo

dum sis. non dubitabam ab illo te posse de illius ualitudine. et statu
 exeri. de leonardo uero potuissem. Fateor significare me illum ali-
 quanto iudisse. allocutum tamen minime qđ. etiam in curia mea
 haud subsequutum est quod potius optarem qm̄ illud ut ita loquar
 litterarum sacrariuz et adire et uenerari. et etatis et italie nostre
 maximuz ornamentum. Sed se minime conueniri precipue a no-
 bis sciueram eundem ipm̄ optare qui cum pro summa qua comensi
 nostro deuinctus est et beniuolentia et alias etiam consuetudine. ex-
 culatum se lris fecerit cur ad eum minime uenerit hac tempestate
 que res aduendi illius facultatem precepit michi iam satis intel-
 ligis et cur de illo nichil tibi scripserim. domino autem poggio. et
 auriſpe comendatum te ut iubes feci primumq; comensi ipsi qui
 omnes cum de te libenter. audire nisi sint uiderunt quoq; abs me
 pl. eorum uerbis sal. dicit. si omnes recte superis uolentibus ualeat
 Tu item. Vale: ✱

Alfonſus burgenſis epus p. candido salutem

Libenter deſidero tuo obſequens illi Reuerendiſſimo p. Medio
 lanenſi Ep̄o archiepo. cui eptam tuam iam pridem dixeras. Imo
 tibi in eo reſcripſiſſem. et in paleſtram ſcolasticam ad qua me
 uocaſti colluctaturus tecum fraternaliſter deſendiſſem. niſi ille tem-
 peſtates temporum ueſtris ac meis ne inter ceteros me preteream
 demeritis petentibus eueniſſent. in quibus non humanitatis ſtudia
 gratiſſima non moralis phię. ne dum per utiles. ſed iocundiſſimas
 ac ſuaues doctrinas pertractari ſub ocio gratiſſimo licet. Sed diſſen-
 ſiones in eccleſia dei iam ex parte exortas ac de die in diem exorturas
 cernendo. uel extinguere uel extinguendas temptare. uel ubi hoc
 fieri non ualeat. illud tandem quod prohiberi non poteſt. tam cordis
 qm̄ corporis oculis lacrimari omnibus fere cura continua foret. Oro
 ergo te ne deſidio aut incurie attribuas. ſi tardius qm̄ uelles. Imo qđ
 uellem ad diſceptationem illam tibi et michi letiſſimam deſcendere
 me conſpexeris. Etenim que animuz liberum ac iocundum caluz
 petunt non utiliter inter cumulos anxietatum ac turbationum
 acruos ſolent expleri. ſed poſt nubila ſolis ſplendorem a ſole iuſticia
 rutulaturum firmiſſime preſtolamur. quo lucem te hec et alia iocun-
 dante diſputationis exercicia ut ſpero locum oportunu reperient.
 ſed forſan non longe ab te dicas. Quid hec ſcribis. Non ne ſufficit
 michi illius digniſſimi patris quem nominatiſti teſtimonium cla-
 riſſimuz qui iſdem in rebus quibus uerſaris uerſatur cuius conti-
 nuis litteris de huiusmodi conturbationibus ueſtris habunde cer-
 tiſſior fateor tibi. Hec omnia pretermittere potuiſſem. ſed premit-
 tere uolu i ut ſub hac occasione preſentibus inceptis litterulis. ali-
 uo quod optabam addicerem. Senſi enim per litteras tuas eidem
 patri directas te quantum librum expolicia platonis e greco in

latinum nouiter traduxisse . q̄ si quintus est . quatuor ut precedunt
oportet . Oro ergo te ut in primitiis communicationū nostrarū ali-
quem ex eis traducas uel traduxisti michi transmittas . Nec eo ani-
mo hoc petiui putes quasi nouam disputationis materiam inqui-
rere uelim sed quia animus meus quodam interno gaudio letatur
cum ex antiquissimis scriptis grecorum aliquid te nouo ad nostram
noticiam deducitur . Etenim quanto uetustiora sunt origine sunt tan-
to recentiora uidentur . Hec non etiam illud accedit . qd̄ ab acolece-
tia mea illud item te quo tu etiam augeris audisse sum memor . opi-
niones antiquorum crudius qm̄ ipsi astruxerint ab aristotele inter-
dum recensitas fuisse et an res sic se habeat non parum gratanter ui-
derem . Vale mi amice carissime : ✠

P. canoicus Alfonso burgenis ep̄ salutem

Scio occupationes tuas obstare humanissime pater quo minue-
ut optas frequentiores ad me deferantur eple tue . Scio te in
magnis et arduis negotiis obessim cotidie pro fidei nostre tute-
la laborare . Compator inmensis laboribus tuis non irascor si tardius
in palestram scolasticam ut ais non accedis . Adert tempus cum pre-
missis maioribus curis facillime has leuiores mentem et calami
possis accomodare . Interim non spero ea michi a te eripi qui differ-
ri uideo . Tu mox ut soles me animo tuo posside et serua qui profecto
uirtuti tue totus ut ita dicam uisceribus afficior et te non minus stu-
dij qm̄ uerbulis meis afferre cupio . Erat igitur policie liber sextus
dedicatus tuo nomini . et iam ad opus accessissem in primis esset
inherendum ut prius principi illi meo cloucestrensi tamen tue uo-
luntati satisfacerem . Vale : ✠

Alfonso burgenis ep̄ p. canoico salutem

Iocunditatem non paruum primogenite littere tue disertissime
uir michi pridie attulerunt . qui non dicam uicissitudinem lit-
terulis meis rependere uoluisti sed te michi offeras . me ad ami-
ciciam gratissimam euocasti . quam utiq; grandissimam tui ipsius
oblationem ut decens est magnifice gaudentiq; suscipiens animo .
cum aliud non ualeam rependere me tibi libentissimo corde neou
offero . sed et affero dixerim quatenus amiceps . hinc inde ut uirille
uolunt ultero citroq; obligatione contracta . Cum inter nos uicissi-
tudo amicabiliū operum ut spero intercesserit . iam non quisq;
nostrum tribuere censeatur sed soluere . huius autem amicicie
nostrae non paruula nec contempnenda illa circumstantia est qd̄
prius animi in mutuiū amorem qm̄ oculi in mutuiū conspectum
uenerunt . Nam et si amiciciarum omniū nomen ut cuius uulgo
loquar iocundum et honestissimum sit . illa tamen infallor ami-
cicia honestiorem originem habet in qua noticia studiorum uisi-
onem personarum precessit . Cum alie affectiones que sub amicicie

imagine sepe uelantur nonnunquam ad momentaneas et has quas uti-
 litates uocant astuta quadam semitta tendant quo fit ut attempo-
 ralis comodi suspitione rarissime segetentur. Honestarum autem
 doctrinarum participatio cum amori mutuo cementa tradiderint
 etiam si temporalia post incidenter accedant. Amicitia mox orta nul-
 la ab umbratione suscatat nec ulla superueniens suspicio nisi ad
 modum uehementissima foret. honestum amicitie ingressum ob-
 tenebrare ualeret. Quorsum hec. Cum adulam non eptam scribere
 cepi ad platonis ergo libros quorum titulos per litteras tuas Re-
 uerendissimo patri Mediolanensi archiepo designasti me transfe-
 ro. Illi aut michi seu utriusque licentiam petendi concedis. ego licet
 omnes libenter acciperem ne tamen tibi exuberantes labores inui-
 gam. ex illis lectum michi delegi. Oro ergo te ut ad mei instantia
 illud cum ocium suberit traducas. quo fiet ut cum unum michi
 alios alijs dixeris omnes in latinam linguam ueniant continget
 quod forsitan. au cum noua poma aut recentes racemi in ipso frugum
 principio adducuntur ex maturibus enim incipimus et tunc illis que
 acerba putamus quodam cum supercilio neglectis paulatim uero
 gustu incensio una post aliam una accepta totum racemum assumi-
 mus. Et qui primo eligebamus iam nichilo recusato in tra stomachu
 omnia arcenti palato recondimus. Quo exemplo si in hac re forte
 duemur eum iam quintum luculentissimo subtilo traduxeris nunc
 ego lectum peto. Dignissimus uero presul prefatus alium expollet
 His etiam receptis alii uel nos alios petemus. policia platonis integra
 in manus latinorum ueniet. quod et tibi ad honorem. nobis au-
 tem ad letitiam et consolationem accedet platonis autem excellentia
 ingenijque acerrimus acumen qui non immerito laudat ab antiquis
 seculis celeberrima fuisse. Nunc ut et id quod tu tangis iam audisse
 sum memor etiam ipso augustino testante mysteria trinitatis ali-
 quantula ex parte per platonem fuisse descripta ut ex eo ornatur qua-
 re claritatis illud ingenium erat. quod in sumum lumen obtutum
 dirigere potuit et particulam aliquam licet tenuem ex his que seque-
 ri euo sub plenitudine gratie per diuinam lucem reuelata extitit et
 posset conspiciere. Vale mi dilectissime frater. et michaeli pigol-
 passum nostrum comunem amicum ex interioribus cordis saluta-
 p. candidus Alfonso burgenli epō salutem.

Amicitie uulgae
et cordiane.

Similitudo propria

Augustinus.

Que pollicitus sum dignitati tue clarissime pater felicissime presta-
 bo dum uiuam. nam ut a sapientibus uiris traditum est nichil
 turpius quam in amore superari. Amicitiaque te singulariter et e-
 nixe ob meritas uirtutes tuas tum ob amorem quem erga me inde-
 fessum ostendisti qui ueteri prouerbio nulli amato solet indulgere
 in quo possum gloriari iuxta octauii principis morem aut non
 admisisse amicitias me aut eas unice constantemque seruauissime

etiam si eos in quibus iudicium meum aberravit aliquantulo ab amicitia defecisse cognovissem. Hec alias Simonino giglino viro optio et doctissimo scripsisse memini quem licet ignotum tue dignitati libenter nomino. cum inter rarissima amicorum testimonia. hic unicus sit qui hoc nomine in signum mereatur. uocabula que requirunt in epla sequenti cognosces nam a grecis fontibus uerissime a me traducta sunt in latinam linguam. Vale.

p. candidus Alfonso burgenfi epo salutem.

Longissima michi tecum super est dicendi facultas pater humanissime. quam tempori malo accomodare ne repentina uoluntas ueritati aut super sit. aut delit. Cum autem nuntius hic ad tuas curas accelerare diceretur tuam dignitatem meis expertem litteris esse nolui. ut haberet uel risum in iocundis rebus. uel solatium in aduersis. si qua michi facultas inest ueniam itaque breuiter ad ea que magis cupit tua dignitas et prius quidem meam uel insciam. uel aliorum ignorantiam expedire mens est. dicit aristotelem politicam rectam et sub tribus generibus distinguisse peruersam in totidem. Ceterum si platonis magistro suo. uel ueritati potius cedit regnum ab aristocratica nequaquam separabitur. a qua timocratica haud multum. sed cedit tamen. hec platonis uerba sunt. que litterarum grecarum mste uel per multi ut putas etate nostra rite explicati sunt. οὗτοι τὸ πολιτικῶν τρόποι περὶ τῶν τοσούτων καὶ ψυχῶν εἰς μὲν οὕτω ὅρ πολιτικῶν γὰρ ἀπὸ τῶν ποσειδωνίου ἐπονομασθῆναι δὲ ἀπὸ δίκης ἑτσερομέρου μὲν γὰρ ἀπὸ δῆμου ἔπος ἐπὶ τοῖς ἀρχουσι διαφερόμενον βασιλικῆ ἀπὸ κληρονομίας πλεονεξίας ἀριστοκρατικῆς

platonis uerba.

politicarum inquit inodi quinque totidem et aut sunt. Unus quidem hic politicis modus erit bifariam nominatus. Existente quidem uno homine in principibus excellentissimo. regnum appellabitur. in pluribus autem aristocratica. et hanc unam speciem esse dico. Vices nunc regnum et aristocraticam idem esse. nisi quod hoc ab uno. hoc a pluribus regitur nec in hac specie timocraticam contineri. nec inesse posse. cum ad malam speciem fiat inclinatio. quod lucidissime in VIII. politicis platonis cernitur. cum timocratica ab aristocratica generetur. sed a malum iam procliuis. hec platonis nomina quae aristoteli credenda sunt timocratica uero obligarchica democratica tyrannis una ab alia generantur. et in eadem specie includuntur peruersa. aduersus leonardum aliter interpretatum in quibusdam ac michi uideatur. et per aristocratica optimorum ciuium potestatem traduxisse. uellem leonardum ea posuisse que uidebat et nequaquam in certa perscripsisse. Aristos quippe apud grecos bonus Cratos potens interpretatur ubi igitur ciuis est mentio. Timocratica etiam a censu dici non potest. Nam timi honor est. cratos potens nec illa popularis est politica. Caue pater optime ne error

his sublit democratica est popularis nam diinos populus est. hec apud grecos non sole tantum sed luce illa qua sol primus creatus fuit sunt illustriora. N. acensu democratica nominata est uerum oligarchica non nomine quidem sed re. Qd ut clarius intelligas platonis ipsius uerba subieci *ολιγαρχία τῆς ἀπὸ τῶν μάλιστα πολιτείας ἐστὶν ἢ μὲν πλουσιοὶ ἀρχοῦσι* — *ar* — Oligarchicam inquit acensu nominatam politicam in hac quidem diuites principantur plutarch^{us} in photionis uita sit inquit cum antipatru conditiones pacis atheniensibus offerentem descripsisset inter cetera polysse *πολιτομερῶς δὲ τῆς πατρίδος ἀπὸ τῶν μάλιστα πολιτείας* — *u* — quippe rem publicam atheniensium non a populo. sed a diuitibus regi uolebat antipater ut facilius urbem sibi subiceret. Aliud enim est timi .i. honor aliud timima que facultas est. Quamobrem si hec a leonardo posita sunt. claudicant omnino pace dixerim tanti uiri qui quanto plus sapit tanto magis ueritati est obnoxius. qui si oligarchicaz paucorum potentiam dicit archiam non principatuz sed potentiam interpretetur necesse est qd utiq; ab interpretatione ipa penitus abhorret restat ut breuissime tibi morem geram ad ea que de aristihis ethicorum libris requiris. tangam igitur rem ipam parassime cuz dicit siquidem nullius gratia placidus. si autez utilitatis alicuius sui blanditor. pro placido iocundum. pro blanditore adulatorum dicit reor lasciuus nullo modo potest admitti. deinde ubi a leonardo positum est pro *ἐπιχαράκ* peruersum gaudium peruersitatem proprie uicetur designare. Ceterum res ponderosas adeo breuissis uerbis explicat phus ut uix uerba latina latifficant. greca que significantiora sunt optime se habeant. Epychia quam greci *ἐπιχίαι* uocant. recte bonitas est. quam plerumq; ipi pro mansuetudine aliquanto pro pietate. aliquanto pro moderatione ponunt. uerum perfecte bonitatis designat nomen. nec aliter unio uerbo qm bonitatez puto explicari perfectissimam. habes breuiter optime pater quid sentiam uel quid potius ab athenino nostro dissentiam. Vale: .x

plutarchus

Regentibz ipis pat
a censu Republ

Lasciuus

Alfonius burgenis epus p. candide salutem

Quandoam breuem litteram tuam. Candide mi dilectissime pridie receperam. deinde haud magna temporis morula interiecta. alia aliquanto prolixiozem recepi. Quarum seriem conspiciens. magnum admodum gaudium sumptum persone tue quam teneri me diligo sospitate percepta tum quia nra in stuoia uersantem te uideo que honorem tibi honestamq; alacritatem tuis amicis aduocet. At cum per primam illarum neoum primuz librum ex platonis politica per te iam traductum amico meo precipuo. Michaeli pigolpalo pro me transcribendum tradidisse inlinuas sed etiam sextum ex eadem politica ad exhortationem meam traducturum te pollicitus es. gratias non mediocres ago prudentissime amicitie amantissimeq;

prudencie tue q̄ petitionibus meis plene satisfacere uoluisti. Spero aute
executionem tue promissionis cum temporis spatii oportunitatem
tibi ut quod promissisti opere compleas cederit. Nec enim de te suspicari
aliquatenus possum. q̄ sollicitationem hanc in stomacho tuo obliuio
nis deficiat operie ualebit. sed quod uberiter promissisti uberius. ut pu
to adimplebis. Cum uero secundam epistolam tuam legissem. in qua
nonnulla de proprietate uerborum grecorum diserebas. greca et lati
na adinuicem conferendo gaudium. quod ex prime epte lectura suscep
tam secunde inspectione. quadam cumulatione adauctum est. quia
plurima ex eis conformissima michi rationi uidentur. Et iam ui
dere quodammodo uideor quare interpres antiquus nonnulla greca
uerba intacta dimisit. illa profecto precipue ut arbitror motu es
ratione. quia latina sibi non occurrebant que sub tam stricto sillaba
rum compendio integram rei designationem exprimerent. Est aut
iarundissimuz et scientie communicationi accommodatissimuz. quanto
ipsa ratio doctrine. cum proprietate sermonis concordat. Vellem
equidem in presentia si deus omnipotens te. et me in eodem loco ali
quanto conuenire concesserit. multa que in moralibus aristotilis li
bris sub greco ex moustris interpretis relicta cernuntur. ut ad ipaz
manciam grecam me presente reduceres quatenus martello tuo feri
ente malle illius ualor recognitus in latina ut ita dicam moneta. et
equo pondere appreciaretur. Sed cum corporalis presentia deerit inter
dum de his quancuz de illis prout memorie occurrerint scolasticum si
uis sermonem quanto otium aderit. huius mutuis agamus. Crescit em̄
studium studentium conuocatione. Quia uero inter ea que scripsisti non
solum uerborum uim. sed aliquas aristotilis sententias tangis. in qui
bus a platone. dissentiri uidetur. hoc ut reor. altiore speculationem
requirit. Nec enim inter duos hos sumos phie principes aliquid per
functione determinanduz est. sed ut in iudiciis arduissimis fieri solet
cum maturissima cause cognitione. et de peritorum consilio proceden
dum. hanc igitur inuestigationem illi tempori dimittamus. quando
per te tota platonis policia in latinuz sermonem erit deducta. ut tota
lege prout iuriste aiunt prospecta. solioius quid dici debeat coniecter
Tunc enim deo largiente tam per me quātum imbecillitas ingenio mei
ualuerit. qm̄ per alios qui ingenio ac pericia fulgent inuestigare
libenter quid a platone. his in rebus aristotiles ipse receperit. et in
quo. a platonis iudicio dissentit. ut platonem de his que adinuenit. nic
hil subripiamus et aristotili quod laudabiliter adauxit sine aliqua
suppressionis suspitione attribuamus. Nec tenui gaudio mens mea
perfunderetur si originalia ac ut ita dixerim mineras harum mora
lium doctrinarum in ipsa radice conspicerem. propterea ergo et sicuti
cepisti operare ut potius fieri comode poterit tota policia platonis. ad
latinos te conducen de reueniat. quatenus manibus sapientuz lati

Elegans dicendi
figuratio.

norum tractata licetum quem habet cogatur emittere . et cum politicis aristotilis integra collatione conferri . Quod tibi meritum apud deum ac bonum nomen apud homines conferet . Moralium uero lectoribus non paruum consolationem honestissimiq; laboris occasionem adducet .

P. candidus Alfonso burgensi ep̄o salutem

GAudeo me comode latifecisse uoluntati tue clarissime pater in explicatione illi uocabulorum grecorum quam a me poplasti in termin non deio quo ad dignitatem tue morem gessero . Jam sextus politicę platonice e greco in latinum translatus est tuo nomini . Reliqua absoluntur omni cura et diligentia . Scio enim quanta breuitate temporis quanta fragilitas . qm̄ deniq; incerta sint omnia . Itaq; calamo calcare aditis . ut si potis est non etati tantum sed posteritati quoq; possim superesse . Quod ut intelligas mitto dignitati tue librum primum iam absolutum a me . ut uideas . et si quid deterius a me per scriptum est emendationi tue baculo castiges . Vale .

Alfonso burgensis ep̄us . p. candido salutem

GAudenti oculo dilectissime Candide quasdam litterulas tuas pridie conspexi . quarum tenore familiari confidentia michi inuixisti ut bellum primum quem ex platonis politica a greci in latinam linguam per te traductum Illustri principi duci clouestrie dirigebas transcurrere uiderem . Et si quid scriptoris uicio uel extraducenti celeritate deficere arbitrarer corrigere . quatenus libellus hic qui originalis locum tenet . et a quo tanquam exemplari multa in posterum exempla forte summentur . ab omni corruptionis uicio alienus in presentia illius incliti principis appareret . At ego litterulas tuas receptis sed ministerium hoc alienum a me fore conspicerem . Cum platonis in libris nullam familiaritatem hucusq; acquisiui . Acceptam tamen gratanter . cum ut ceteris tuo cui libenter complacere satifacere . tum quia quedam ut ita dicam necessitas uiris scolasticis inest . ut alter alterius contemplatione studiolo interdum ferat labores . Si laborum uerbo in his uti fas sit . Cum honesti studij exercitium in delectationis amenitate omnem otii inertis uoluptatem transcendat . dicente Aristotele . uidetur phiā admirabiles delectationes habere puritate et firmitate . quem hic allegaui ut incipiam tibi aristotilem familiarigare . sicut et tu michi familiaritas platonem . uellem equidem ut horum duorum uirorum opuscula . que nondum temporis cursu non abolerentur . Sed ipa seculorum uetustate uehementius diem incenduntur . bibliothecis tuam et meam pariter habitarent . et cum in moribus dissentire uiderentur tu et ego tanquam communes amici . nos medios interponentes quantum fieri posset et scripture eorum tollerare ualerent ad concordiam reduceremus . Sed de hoc alio tempore . Forſan aptius latiusq; disseremus . Nunc ad rem quam in cepimus accedamus . Ludoau prudentiam animi

Hō erubescas hō nefandus . e pat tuo q te genuit et educa uit . laudē sue posteritatis expe quem fas totū poli cie liby e greco in latinum translulisse . et post obitu uel grecū una cū latino opte remansisse / cū adhuc noua traductio publicata nō esset .

. Aristoteles .

. ludus scaoz .

. Attende .

tui quia translationem tuam prius quam ad totalem lucem prodiret
alteri inspiciendam et ubi opus esset etiam corrigendam mandasti.
profecto namque laudandum est hoc prudentissimum consilium tuum. cui
sepe nobis in scripturis nostris eveniat quod in luce saeculorum ut
aiunt evenire frequentissime solet ut plura qui aliter inspiciens
quam ipse videat qui ludit. Quamobrem sane utile iudico praesertim
in illis opusculis quae diuturnitate spem verisimilem habent ami-
co alicui qui de ea re aliqualem intelligentiam habeat inspicienda cor-
rigendaque scripta nostra prius quam ad extraneorum noticiam deue-
niant mandare quod si amicus deest vel in promptu eius copia haberi
non potest saltem nos ipsi competentis temporis spatio interiecto
revidemus. Non enim expediens putavi confestim vel intra modici-
cam moram scripturas proprias ipsi componentem corrigere cum
eadem dispositione durante. eodem forte errore quo in scribendo
ductus est in corrigendo ducetur sed post diuturnam competentem
transcursum. tantis matibus aliquantulum transmutatis. ipse idem
qui scripsit. quasi quidam alter inspiciere ac diiudicare liberius potest.
Omitto haec quae tu me longe melius nosti. Assumpsit igitur in mani-
bus libellum meum tuum. At cum praefatiunculam quam ex ele-
gantissimo stilo preponere decrevisti legerem et ad illum locum ac-
cessissem in quo disertissimum ubertum genitorem tuum librorum
platonis translationi operam olim dedisse memorabas. supra me-
re sed. venit. n. in mentem me illam translationem vidisse iqui-
rens. ergo bibliothecam meam reperi librum quemdam qui
per sex libellos distinguitur et de re publica platoni intitulatur. in
cuius subscriptione talis annotatio iacebat. Explicit platonia liber
sexus et ultimus de re publica. siue iusticia. quem ubertus decem-
ber cum superioribus libris opere tibi. Manuelis crisolore fideliter a
greca lingua transtulit in latinam. cuius tenore aperte cognovi il-
lam eandem translationem esse. quam tu imperfectam mansisse
testabaris. Dolui tamen quod liber ille adeo corruptissimus iudicio scrip-
torum erat. quod plerisque in locis ferre intelligibilis reddebatur. Sed
quia vero omnia consonant et interdum libri corrupti ad correc-
tionem aliorum non modicum conferunt. illum etiam accer-
sivi. Eramus ergo tres quae lecture libelli tui dabamus operam. quo-
rum unus originale tuum. Alius translationem uberti progeni-
toris tui. Ego vero libellum in membrana conscriptum legebam
et cum aliquando michi obscure positum videbatur. ne dum ad ori-
ginalis verba. sed ad aliam quoque translationem recurrebam.
transcurri igitur satis velociter. quia occupationes aliae me in
hoc non sinebant morari. Et quoniam per aliam cedulam tua
dignissimo presuli Mediolanensi directam. duobus in locis quae-
dam verba emendari cupiebas illa confestim reformare curavi

et quodam in loco unum ualce pro responsione tralimachi. que
 deficere uidebatur. adieci in alio uero ubi primo. preterea o trali-
 mache iam clarum arbitror. Scriptum erat. his uerbis mutatis
 loco eorum. Num. ergo o tralimache iam clarum arbitris.
 scripsi et per aliqua alia loca ubi aliquid michi corruptum uidebat
 paucissima quedam mutavi. ea fide uersatus. qua in te propria
 uerlarer. Sic ergo ministerium per te michi iniunctum expleui
 sed hoc fit expleto. paucula quedam tibi amicabile mente dicere
 non incongruum putavi. quorum unum hoc est cum plato per
 dialogi modum procedat. Utillimuz reor ut breuibus litteris qd
 loquitur annotetur. quod nedum uertus genitor tuus bene obser-
 uauit. sed et alii famolissimi scriptores hoc in dialogis semper obser-
 uant. sic. Gregorius. sic Anselmus et alii penne innumeri qui ali-
 quos libros dialogicando scripserunt. hoc diligenter attendere curau-
 erunt. Alioquin superuacua difficultas ex quadam ambiguitate ori-
 retur. Cum necessarium foret quod ex ipsa qualitate materie. que fue-
 rint uerba socratis que glauconis. que tralimachi semoto omni sig-
 no nequamus que inquisitio profecto laboriosa legentibus pluri-
 mus erit. Consularem ergo ut anteqm libellus hic oculis subiciat
 extraneis in capite cuiuslibet orationis quis loquatur annotas. putas
 ne parum laboris. presertim magno principi illi cloucestrensi. qui
 aliis occupationibus impositus non potest huicmodi studijs pro-
 funde libereq; uacare preberes. si ex natura rei quid socrates. quid ue-
 alius. condisputans uerbat. ei discernendum dimitteres. desertorem
 utiq; studij efficeres. uel quod ceterum foret aliquanto erroneam &
 forte propositionem ut assumeret causam dices. Nec enim longe
 abesset. ut platonis doctrinam plerumq; putaret qd tralimachus
 disputans dicit. Socrati ascribendo. Illudq; acceptando quasi conclu-
 sionem platonis. qd nonnullis in locis periculolum errorem inducet
 Quare multis laboribus ac erroribus uiam percludes. traductionemq;
 tuam longe recedes gratiorem si primam litteram nominis cuius-
 libet dialogicantiuz in principio sui sermonis. Alterum uero est qd
 per Capitula tuam interpretationem distinguas. licet in ornat ori-
 ginali platonis distincta non fuerint. Nam et si greci. multiq; la-
 tini scriptores presertim antiqui sine capitulorum distinctione scri-
 bere consueuerunt plurimuz tamen ni fallor tam ad intelligentia
 rerum qm ad fomentum memorie captatis annotatio confert. Et ni-
 luculentius intelligi tenatius in memoria retineri certiusq; allegari
 repeririq; ualeat que sub congrua captorum designatione iacent disce-
 ta. qm que in uno prolixo libello. sub quadam confusione cernuntur
 Jam tu priore illas duas emendationes quas fieri petebas. ut quibus
 in locis reperirentur ediceres ad numerum foliorum te oportuit re-
 mittere. Nonne inuoluntarius ad capitula si distincta fuissent

remiseras. Hec tibi fraterno animo dicta. oro te ut fraterna mente recipias. Consulo etiam tibi sicuti et tu michi ut consuleres in casu simili uellem. Si tamen tibi hoc non expedire uidebitur nullam necessitatem impono. cum nec imponere possem arbitrio namque tuo opuscula tua dirigere potes. Cum amici consilium. nullam amico coactionem imponat. Sed hoc unum posco. quod licet in aliis libellis sequi hoc nolueris saltem in illo secundo libello. quem michi pollicitus es morem meum gerere uellis. Et utrumque quod supra tetigi obseruare cures. Solent etiam artifices iuxta potentium uota. propterea Fabrilium conficere licet sibi forte aliter conficienda uidentur. Tu ergo ut hanc translationum prudentissimus artifex. hanc quam michi translationem litteris tuis promissisti oro te ut ad arbitrium meum conficias et dialogicantes. cum loqui incipiunt designes capitula illis in locis ubi congruum existimaueris distinguendo uellem etiam ultra cetera a te discere quid in illa translatione eloquentissimi uberti te potius offendoit. An quia forte totum librorum numerum non traduxit. An quia illa que traduxisse uisus est. non plene ac perfecte conscripserit. et quid in hoc senseris michi describe. Vale mi dilectissime. Candide

P. candide Alfonso burgenli ep̄o salutem.

Quis pater in filium adeo perhumanus queat reperiri. ac tu michi imple michi es pater humanissime itaque precipio ex studiis meis non mediocrem uoluptatem. faueo enim fame tue sed imperiis mee et ex tua sapientia fructum affero. Quale nullus ex antiquis illis quorum opera dictum lectito queam consequi. Itaque tuos monitus omnino parere et que scribis exequi meus est. Sube modo parentem et beniuolum continuo percipies. Nam qui ceteri parer. non seruit quidem sed imperat. siquidem imperare est sensu et ratione. multos autem. que sapientum monitus dumtaxat. ad ipsam uentur. Que de translatione patris mei et mea a me rogatas. differam in id tempus tibi referre. cum utrumque diligenter inspexeris et equo iudex utraque percepta causa esse poteris. Vale: &

Libri septimus epistolarum nouissimarum explicat. Incipit. Octauus qui continet ep̄las. xviii.

p. candide. Simonino. gighino salutem
 p. candide. franco pigo passo. Axiolanensi presuli
 franciscus pigo passo. p. candide salutem
 franciscus pigo passo. p. Candide
 p. candide. franco pigo passo
 franciscus. pigo passo. p. candide
 p. candide. franco pigo passo.

∞: p. candide : ∞

p. candidus. francisco pigolpasso
 franciscus pigolpassus p. candido
 p. candidus francisco pigolpasso
 franciscus pigolpassus p. candido
 p. candidus. francisco pigolpasso
 franciscus pigolpassus p. candido
 p. candidus. francisco pigolpasso
 franciscus pigolpassus p. candido
 franciscus pigolpassus p. candido
 p. candidus francisco pigolpasso
 p. candidus francisco pigolpasso . A . presuli salutem

P. candidus. Symonino siglino Salutem

Agrna et singularis caritas michi intercessisse uisa est cum clarissimis et excellentissimis uiris Symonine mi nulla alia ut opinor ratione. nisi q ipsorum beniuolentiam sum opere concupiui. et iuxta socratis memorabile preceptum. qualem me haberi uellem. talem esse studui. Quis enim in hoc felicior. si felicitas est amari ab his et coli. quos admirantur homines et colunt. prima et antiquior ut sic dixerim amicitia a puero michi obuenit cum illustrissima et antiquissima domo aurea. cuius patrocinio a puericia in Ianuensi urbe tutatus sum nullis meis meritis sed quadam uirtutis opinione quam illi de me ab incun-
 te usq; conceperant. Mirum est quanti ad omnem fortunam et momenti sint principia. siue bene. siue male sese offerant humane res. ab his ego non cessiti a studio bonarum artium. ut me talem euasisset cognoscerent. qui amplio rem de rebus meis spem admiserant. et qualem fore arbitrabantur. subinde ab hoc serenissimo principe et clarissimo comino nostro philippo maria. in hanc urbem. imo reuocatus in patriam tantum prestiti litteris et studio acq. temporisq. quantum sua humanitate consequi licuit. que quidem erga me q. amplissima fuerit ex hoc coniectari potes. q. eius intercessione non famam solum apud nostros. sed exteros consecutus multorum et clarissimorum uirorum familiaritatem adeptus sum ut ex ipsis eplis nostris. quas ad te his libris scripsissimus facile dignoscis. et enim cum multe res hominum beniuolentiam caritatemq. conciliant. nulla profecto uirtute efficacior est. ad attrahendas omnium mentes siue litterarum monumentis siue alterius preclare rei auxilio famam querat. Itaq. gloriator et quidem libenter apud te Symonine mi q. ea potissimum studia secutus sum que si minus diuiciarum et potentie michi attulerunt. plurimum tamen amois

. Socratis preceptu .

. Domus aurea .

A etate

philippus maria

beniuolentiaq; conferunt. fateor equidem non modicum prodesse ad
decus. et laudem. ea que bona uulgo nuncupantur diuicias dico pulcri
tudinem. dignitatem. potentiam. et cetera huiusmodi. sed profec
to si rite iudices nichil est q; tantopere commendationem mereatur
qm̄ quod cum bonitatis sue excellentia diuturnitatem sponat. Na
si uo bonum estimas q; facile amitti potest falleris. si comodum sapi
enter uideris iudicasse. nos autem non comoda solum. sed bona con
lectamur. que quo diuturniora futura sunt. eo feliciora putam⁹
esse nulli omnia uicissim contulit fortuna uarie sunt. hominum
sortes uaria iudicia sed ea profecto feliciora habenda sunt. que diu
tius fidem seruant. Vale: ∞

P. Candidus Francisco pigolpasso Mediolanensi presuli salutem

Mitto dignitati tue Reuerendissime pater. copiam litterarum quas
nuper Poggio florentino de laudibus suorum ^{quas nuper Poggio}
conciuius. principis nostri parte conscripsi. et quas ciuibus il
lic florentinis. notari facere poteris. ut sciant quanta caritate ac beni
uolentia eos complectatur idem princeps. celeritas nunciū discidentis
coegit. ut originale transmitterem quod dato tempore remittas pre
cor. Intellexi etiam que dignitas tua michi scripsit. de discessu bur
gensis nostri mirum qm̄ latenter amor mentibus nostris obrepit
uolui profecto ac si presens essem. quasi uero michi notior. aut propi
quior sit in basilea qm̄ alibi sed commercio litterarum assuetus ipm̄
iam uidere ceperam. et secum loqui. ceteros gressus suos dirigat ut
opto de reditu suo me certum facias rogo. Mulam quam dono in
destinat. gratissimam habiturus sim erit namq; monumentum
amoris sui. apud me non ingratum pugnaui enim acriter. et ue
pro tutela ueritatis in amicum suum arretinum. non precio ad
ductus sed caritate ueritatis enim omnibus rebus anteponenda
est maxime ab his qui sapientie studiosi idest phi habere uolunt
non tamen cyrographis opus fuit in prestanda tibi fide de quibus
subrasi fateor. Jam opus est magna quadam cautione quem ad
modum illam habere possim. locutio tuo rescribam latius legebas
in epla crisostomi ab eodem translata tunc stabit iustus in mag
na constantia. et cum ad Jeronimum tuum flexissem oculum. ui
plurale pro singulare positum tunc stabunt iusti. dicent statim
scio nomen elatores tui sic est in hebreo. michi autem scopulum
precauisse uisus est. Ecce quomodo computatus est inter filios
dei ne de xpo fortassis male interpretetur. Tu Jeronimianus me
clarum facito. quod cum als exegerim ita seris contulisti de stu
dio meo pluries. in uertendis latinis libris. in maternam linguam
mandato principis mei. ut ex nuncijs tuis sensi. Velles enim ut
ad meliora studium curamq; conuerterem. bene augeris profecto.
sed tempore parendum est et quia uolte cupis que operapossime

transduletim. Scito omnes libros quinti curci. dem comentarios iulij
cesaris. postremo plibii de bello punico. a me in maternis sermones re-
vactos esse preterea in sonicijs petrarische ep. expositionem non in elega-
tem a me editam amicorum precibus. quibus ita faueo. ut plurimum
tamen temporis imponendam a studia digniora. Vale: &

Franciscus picolpallus presul. Meli. p. candido salutem

Pro epistola prospicientissimi atq. accuratissimi principis nostri
ad poggium. que non modicum prospicit quam ad nos unicum
tua priorie misisti. eamq. ad te. ceu postulas remittemus. tibi gra-
tias agimus. Quod uero in altera diuarum. abste nobis nuperrime
redditarum. videas de discessu uel potius elongatione. cl. patris om-
burgensis nostri hoc facit dulcis amor. iam inter uos uigore uirtutis
ingressus. Ea liquidem uera est et indissolubilis amicitia que mu-
tue uirtutis olatu generatur. atq. connectitur. Verum spero eum
hic affuturum. mensis primo nouembrio celebrata congregatione sta-
tuta die. sancti Galli. mensis octubrio per Inuictissimuz cominum.
Regem Romanorum apud nurnbergam pro ecclesie pace tractan-
da. in tempore autem certior fies a nobis de ipsius successu et regres-
su prout continget ad nos deferri. abnt enim ut nuntiauimus tunc
nostris relaturis tibi die xxv. preclapsi augusti. Quamprimum
uero ad nos reditum fecerit comunicabimus ei memoratas eptas
ut promiscue nostre obseruationis est. Imo et interea si facultas
dabitur mittemus ad eum copias. usq. pragam. nouimus enim oia
tua scripta pergratissime ab eo lectitari. Quippe qui magnopere tua
uirtutem extollens. realiter afficitur tibi atq. amicitur. Nam et
quos uere diligimus libenter audimus. et eorum gesta cum audita
te cognoscimus. quorum presentia caremus. que et desiderata super-
ueniens gratior fit. Igitur epte secunde uerba quedam occultari tibi
dignius arbitramur que sunt ista v. cum illius non inferius esset
munus nostrum quod paramus que ex premissis indignationem
seu stomachationez quandam afferre uidentur. Ceterum nouas a-
micitias pro carum teneritudine putamus uelut pupillas oculoru
custodiendas. Ita ne uel minima suspitione labefactioni locus pa-
retur. ex dicto uel facto libere fidenter. etiam cum omni sinceritate
que uel cadere in suspitionem possit. hoc propterea diximus. q. cu-
tu liberalitatem pares. non sic emittas ut largitiones in quandam
comutationem deuici existimentur. uel ex parte altera uel utra-
q. quod indignum profecto et ab omni amicitie caritatisq. uirtute
se motum fieret in stitorum liquidem seu mercatorum talia sunt
comertia. Neq. contaminationi ducas de orographo. quod et nos
rilmus omniq. aduicatione seposita. mox prebuimus assensum r
dextere arbitriati. uel quod ita apud eos in ualuerit obseruantia que
oam maxime inter magnos. qui eludere uel iocundo possent munus

Opera traducta in
matru sermone
p. canoiz.

Vera amicitia.

praga ciuitas
boheme.

ipsum. Cum plerique licere putent per equos. mulas. armaturas. canes. aues et huiusmodi imo et libros ut Jo. de aretio uel forsan. bartol. p̄decessor meus. et alii in numeris. Quod nos reprobamus omnino. et active. et passiuē. cum tamen plurimum differat inter aues et canes de quibus specialius agi potest. et inter prenumerata. uel forsan ob eius absentiam autumauit. uel ex predictis. siue quia mula ip̄a bene congrueret nobis. facile eam in nostrum usum redigendam contine. uel ad tempus. seu imutandam aut quicquid uel sinistra casu emergeret de munere suo promptitudine q̄ liqueret cirographo certiori. Quod nos non tu molestius censere potuimus. Qui nouimus mentem nostram quantum distet a premissis atq̄ a nemis quibus cumq̄ pro nostre quoq̄ omnis uite obseruantia custodimus enim illud semper. Sic aliis facere ceu nobis fieri uellemus. Quanto autem quis sublimius locatus est eo magis ei cauendum ab omni inhonestate. uel oppressione inferenda. Quinimo et parca iustitia in inferiores quibus uolentia possit inferri. etiam suspicioni habetur ut plurimum. Cum ergo nos in leuam partem nichil sumptuimus contempserimus quicquid etiam excogitari potest morem gesserim homini amico. homini liberali homini integerrimo. et apprimē sensato. quiq̄ pro sua erga nos beniuolentia dudum comprobata non nisi grates de nobis sentit. Tu ita sume. contemne. morem gere eoq̄ iustius quo hilariter liberaliter prompteq̄ magnificum munus exhibuit formosam scilicet mulam. magnate dignam. suo corpori deotam. talibus enim utuntur magnates in patria sua et eo maximo precio habentur eoq̄ tempore gratiosiores. quo longiori concomitantium ordine. ad iter opus erat exaggerare suamq̄ persona stipare animalibus congruis. Neq̄ enim ea sibi copia est in patria ista. mularum excellentium. quam tu reris. et nos iam triennio experti sumus. Cum enim ipse tunc agnouisset indigentiam nostram pro nostro recessu presentauit nobis mulam. quam potuit. suorum motu licet quasi erubescens indignam corde suo potius qm̄ patret̄ uacuos abire. Q̄ si potuisset. auerius quidem potiore nos contouisset. atq̄ libentius. Ideo quoq̄ nec mirum si forte nunc in anticipi fuerit. de commutatione illius nostre in tuam preciosiores. Nostram enim ipse assumpserit uni ex uernaculis suis. Nam comini hispani. quanto maiores et potentiores sunt. amplum ordinem habentes famulantium cum eorum animalibus unicuiq̄ stipendium conferunt iuxta conditionem domini uero duo tria uel quatuor altius animalia tantum pro sua persona possidet. Vix animalia plurima habent atq̄ per pauca simul. accedit ad hoc q̄ sui pene omnes uernaculi et clientes commutauerunt mulas. in equos aptiores et gratiores iuuenibus. Ipse quoq̄ pater burgenlis pro sua in nata liberalitate pluribus erogat. et dispersit dominis et amicis. Quo fit ut

Celeste p̄ceptū.

Mos dnoꝝ hispanie.

quantorū una oum taxat . reliqua sic ei ad usum suum . ut erat tunc . E-
nimūo a patria sua ubi fundus habetur mularum remotissimus est .
nam tunc aiebat expectare duas electas pro se . quarum unam libentis
traderet nobis . si differre contingeret . condolens quippe suffragari ne-
quire in tempore . Verum e contra pro te obtulit se forte facultas et
iocundissimum ei fuit rem paratam adesse honori suo amoriq; tuo
concedentem . Nam nos quidem non putauimus eum in promptu
habere rationibus . interdicitis . et non ab uire opinamur . nisi uerbum
suum prius dedisset . quod seruandum ut euangeliz putat distulisset
in reditu latissimare tibi . unde et facto et dicto putamus magis ma-
gis ad augeri muneri gratitudinem que preualet perfecta namq;
uoluntas est super omne munus que propterea cegit eum pro ipius
feruore . ac nos quoq; in cyrographo exprimere . Cum tamen necdū
mulam uel uidissemus . nec haberemus forte ad quatuoridui; expri-
mere inquam pretermilla incombenti sibi uel necessitate uel oportu-
nitate itineris . amico mulam sui corporis ut suo utamur uocabulo r-
nichilominus erogare . Quam tu ita iocunde et amice suscipias . pro-
ut ipse quidem erogauit et libere . Cyrographumq; et cetera postpone
Considera modo eius mentem et efficaciam . qua utraq; te magnifica-
at . et dilectionem ingentem ostendit . Omnia namq; ab amicis et
sapientibus in bonum admittenda sunt . Mulam uero ipam elargi-
tam nudam de more magnatum munitam opportune ad iter com-
mittemus primo idoneo ad te conuocandam . et si iussisset pater bur-
gensis delicate uaculamq; et ad manus itineri usq; ad te regendam quo
amenior ex illius adipe . et speciositate redderetur seruata . post hec no-
imemores erimus captati ordinis policie platonis . et que ad id scribis
in eius aduoc noticiam . uerum non desinis pulsare in seromimuz il-
lustrissimuz litterarum omnium et scientie columen fideiq; balium et
illustratorem . quasi ex uero . theleso . uel ter site . aut nouello quodam fabu-
latore contendas . et ut est tritu prouerbiū . Canem curas excitare tor-
mentem . Quod si uel tridui; surripere qnq; detur et copia legendi in
 qm. qd a casu euentus inscrutabilis comouitate carere. quantoquide

liber T. huiusmodi
 thome de campo
 regolo.

inquam res ipse omnes mundane pro sui natura instabiles et uage-
 tanueules uero precipue quasi singularis prius legi dicitur in uolubili-
 tate fundati ita circumuerti possent ut liber ille non modo acquiri sed
 offerri contingeret Non minus q̄ diebus nostris multo potentioribus
 mirabilis atq̄ inopmatius uisum est. ut apud Ro. curiam bis et plerol-
 q̄ magnificentissimos principes alibi. fitq̄ promte ut nos haud penite-
 at de re huiusmodi te utrumq̄ comone fecisse. Et utinam ea res ipse
 tranquillitate procedant ut omni tempore pre sumpto. ut sic loqua-
 mur careamus effectu. Verum facilius consequi poteris quantoq̄ u-
 Burgen responsum. quod taciti opprimut q̄ liuuium memoratum et
 si probissimus pater ille nunc lileat ut maiora forsan gratioriq̄ emit-
 tat pro tempore et auuiditate qua palestra luteri utriq̄ secure. et non
 absq̄ captu dextere apertioris poteris In qua tu comodum habere
 potes in scribendo te norante angeli tui. quo uel simili prorsus caret
 Burgen et consulte quidem id faties. ut si nequeas eum pellere alti-
 us uel sece mutare pro amplianda re sua pro usu uirtutis. sic eum
 non sinas dormire. sed facies excitatum. ac excitabilem. Nos uero in-
 terim qui aliquantum respiciamus donec reddatur responsum ex Au-
 monensibus de adimplenda solutione. uel non. deum oramus ut
 tranquillitatem et pacem pro incombentibus malis ut ipse optas
 ecclesie dei uniuerse xpianitati. sua pro pietate effundat et nobis om-
 nibus. Angelo uero memorato diligentiam et studiu ad uirtutes. ad
 preclara. et ea que cedant ad ipsius salutem et decus. In adolescentia
 siquidem iter est capiendum ita ne in se ipsa marcescat. et demum
 penitens penitere non possit ita nomine nostro dicto ei. Et saluere
 iube zachariam a modo fortasse presentem istic. Et uale in domi-
 no feliciter. ⁊

Franciscus pigolpassus mediolanensis presul. p. candido salutem

Fillimus Candide amantissime primus ut tibi presentetur pho-
 rmio tuus quem michi transcribit lodouicus. de materia uero de-
 clamationum tuarum satis intelligo quid respondeas de more
 achademice schole. in qua uidi q̄nq̄ aliquantum. Et habeo libello
 achademicorum tres excellentissimi sancti Augustini ubi proponit ques-
 tionem. an scire nos uerum oporteat et disputatores inducit. Alhopiu
 licentiu trigetiu. nauigiuz achademico more dicit. Et quod rescribis
 ad me tu nunc uerum est. sed non omnis homo achademice. nec ali-
 se quoq̄ iudicem constituit uel ostentat nisi qui uelit uel per se uel
 per obedientiam. Nichilominus quamq̄ si priusq̄m in codicem re-
 digisses preuidissem non sic transisset illa disputatio ut recusans
 iudiciuz tanq̄ de re ignota mox ibidem iudicarem. Et quod dicas uel
 intelligas de greca lingua textus obseruatur. Factumq̄ scripto celebra-
 tum liquet non conceptus et mentalis interpretatio et hic eo minus
 quo Burgen sis ipse una partiu prorsus ignorator est grecarum

litterarum propterea ego quidem illud abtuli et honeste suffici uel suppe-
 tiam. de epla uero prima que semi est. ex me edita et reliquiaz de tuo tu-
 seat in nomine domini. Sed in ea quod ibi in margine notavi. quia no-
 bene sonare uidetur in ore meo quod per feram burgensem patronum
 ueritatis ac laessitiaz qd prout non fuit potes modo abtudere pro tua
 discretionem et pro obseruatione modestie me corrigere et supponere
 ibi. et ubi expedit. cum satis iam liqueat de intentione mea tibi. ueru-
 si consueris reliqua preter id quod in epla prima notavi. et in secun-
 da minus suppositiualiter. ita procedere prout se habent. adherebo illi
 dicto iuris. Multa fieri non debent. que facta tamen tenent. Et mul-
 per patientiam tolleramus. et ultra si quanto noticia querela ad me per-
 uenerit ex dictis illiusmodi michi reuocandis. quia secus se habere o-
 portet pontifices. quorum littere decreta appellantur. Secus oratores
 et philosophos. Quos permitto de secularibus et eorum scientia scri-
 bere et iudicare pro eorum dispositione sed non meo nomine si qua-
 co inquam ad me querela peruenerit. quos prius tibi scripsi et
 presentes litteras inuoco in testes quia in te omnia reiciam. Que-
 relamq; querelantium. et meam simul in te manifeste conuertam.
 Et hic sit finis. preter hoc qd inquis nos ad irreligiosum religiose no-
 scribendum. contrarium est uerum ex saluatoris nostri monitione
 ac disciplina. ubi rei esset ut ais. dicebat enim egrotis opus esse medi-
 co. non sano. et ueni saluare infirmos et prodigum filium atq; luxurio-
 sum regressum ad frugi patrem ingentiozem attulisse leticiam excep-
 tumq; gaudentius qd fratrem suum. et reliquos obedientes patri et abste-
 mios inordinacionum. et euagationis. Sed rogo te eple pauli apli ad
 quos magis diriguntur qm ad incredulas ac in fide dubios et aliqu-
 infirmos ino et turpes interdum quod est proprie pontificis officium
 et caritas non ficta ino et necessaria circa aberrantes a uia. quod in
 homine illo michi non liquet locutus sum ut deet professionem auc-
 toritemq; meam. atq; ut teneor ad omnes redere rationem ueri cum
 rogor. Neq; tu aliter sentias quoniam tu male sentires. et concordas
 Sabino in opinione damnata ut constat ex tribus libellis Augustini in
 parmianum. Et uale semper in domino fortis. Quoniam. de oibus
 his cum tribulationibus seculi liberabit nos dñs ut ait spūs sanctus
 per os psalmiste

Veri pontifices ueri
 sunt phi

Sabino in opinione
 damnata.

P. candidus franco piscolpasso mediolanensi presuli salutem

LAus deo qui te nobis incolumem reddidit. Reuerendissime et humanis-
 sine pater ac ex tantis maris fluctibus in portum salutis immisit.
 Magna id dei clementia profecto effectum est cui pariter grās red-
 dere tenemur. tu qd ex hostium faucibus euaseris. ego qd patrem et do-
 minum incolumem acceperim. si quam maris incommoda adhuc restant
 tute illa quidem despici queunt nec cum uite periculo extimescenda
 sunt. Sed hec coram latius cum licuerit uenissimam ad iocundissimam et

pas i gmoditas.

optatam presentiam tuam. sed infirmitate licet in fine cure prohibere. ita
 q; tempore parentum latius usum est et personam tuam hic opperiri
 Interim requisiti nomine tuo a me facere libri suorum. et ciceronis de
 finibus. Suctonius igitur mitto. licet merudite scriptum et incorrectu
 sperabam habito ocio illum emendare. et indigniorem aspectum tran
 scribi facere sed temporis incommoditas nimica non studio solum sed
 uite bone et optate. Ciceronem de finibus habitum statim mittam dig
 nitati tue. Est enim apud fratres campi mortui. nec mihi herculis
 auxilio ab inferis in lucem offerri potest. q; si nequeat mittam dig
 nitati tue exemplar penes me retentum necessitate studentium nam ex
 omnibus ciceronis operibus. nichil michi utilius aut gratius. q; que
 de Tusculanis. de natura deorum. de finibus de diuinatione. et de fato
 opera conscripserunt. ut cum q; res habeat non deerit tue dignitatis opus
 expetitum. platonis policiam adimpleui. quam ad te uidentis gratia
 transmississem. sed duplicibus exemplis fatigata secedere uix pot tran
 scribitur enim pro clouestrense nro. et leonello estense eodem tempore
 demuz ad presentiam tuam si merbitur acceret uenit nuper ad has
 partes iuuenis quidam baptista nomine de ualentia nepos olim Jo
 hannis arretini ducalis secretarii. qui penes uictorinus litteras gre
 cas et latinas didicit. indigetq; auxilio tue dignitatis in rebus suis
 ueniens ad presentiam tuam ut puto hunc igitur dignitati tue re
 comitto. michi olim ignotus sed quantum perspicere licet bonus et do
 ctus iuuenis. fessulusq; mundi incommodis securum uite alium querit
 lacris operam dare et religioni studiu; in serere. Deus annuat uotis
 suis Mira profecto pater optime que de uiro illo singulari uictorino
 retulit. apud quem se hospitatum gratis et doctum affirmat. digno
 profecto ille uir omni laude qui ita uirtuti fauet contempnit auari
 tatem. Johannes noster comolus ut aiebas olim dignitati tue offeret
 pauperculum conum. sed satis magnum tue humanitati cui uolu
 tas omni lenocinio est acceptior. Vale: ☩

P. candidus franco pigo passo salutem

Questestis est conscientie mee Reuerendissime pater et domine
 quantopere uidere cupiam dignitatem tuam sed longa ualitudi
 ne conteritus. non facile equo difficulter autem pedibus et soli
 me audeo exponere siq; dietim inter spem et uota conuenienti dig
 nitate tuam heredo. Non credit tamen interim ex animo meo dilec
 tio caritatis tue cui pares gratias reddere. nec facultates mee nec
 temporum condicio infausta permittunt. Quod solum michi super
 est. personam et animu; tibi uoueo. que et si pulilla existimez. tan
 ti tamen erunt ac tu ipse reputaris et effeceris. Sio tue humanitati
 non desse honestissimarum artiu; studia nec ullis extrinsecis sua
 lionibus indigere ad ea perferenda. que ab inuictis dura iudicantur
 Itaq; minus libere repeto que tu ipse ex tua uirtute didicisti. unuz

tamen commune solatiū cunctorum est nichil diuturnum esse in hac bre-
ui et miserabili uita mortalium - et potiores sperandi casualis habituros
qui melius uix erunt. Vale : *✠*

Veni exhortatio ad con-
tempnū rerū hūanā

**Liber octauus epistolarum explicit. Incipit nonus qui conti-
net epistolas xv.**

- p. candidus. Simonino giglino salutem
- p. candidus. Iacobo becheto salutem
- p. candidus. Lampugnino birago salutem
- Baptista de Iacopo p. candido salutem
- p. candidus. baptiste de Iacobo salutem
- p. candidus. Michaeli pigolpasso salutem
- p. candidus. lanciloto cruelo salutem
- p. candidus. Nicoloso. poete salutem
- p. candidus. Nicoloso. poete salutem
- p. candidus. Nicoloso. poete salutem
- Lodrisius cruelus p. candido salutem
- petrus candidus lodrisio cruelo salutem
- p. candidus Lampugnino birago salutem
- p. candidus. fratri antonio Kaudenti theologo
- p. candidus. Simonino giglino salutem

p. candidus Simonino giglino salutem

Vm magna meditatio et te digna munera percurris Simo-
nine mi. Ego hic pulilla et meo conuenientia pectori nego-
tia pertracto. Nichil est michi crede in rerum omnium in-
stabilitate. Aule fortuna fragilius. nichil incertius tantum
consecutus sum in re mea postq̄ abiens factus es quantum inerat cu
presens esses percurrimus enim circulum sine capite. ita ut poste-
riora uestigia primis insistant priora nouissimis ut molendinarii
equi consueuere. unguis attritus et dorso exulcerato. Gaudeo te bene
ualere ut intelligo et res optime componere. Spero enim fortuna ua-
riante rem meam permutari si non in melius at saltem non in id
quod adest. quo nil deterius sperari potest. Vale Simonine mi et rem
principis ut facis bene cura. sic enim me et tuos omnes optime et fe-
licissime curatos esse puta : *✠*

p. candidus Iacobo becheto salutem

Nuntius tuus optime frater su spem magis et dubiam qm̄ letam
nam nuntiationem michi attulit ait enim spectatum Iohannem
antonium brisientem. cum principe colloquūz habuisse in re mea

et satis bonum responsum retulisse. Satis enim et modicum ut scis ad uerba sunt aule nostre declinanda magis tamen ueritus sum taciturnitatem tuam. timui et enim que litteris minus iocunde annuntiare posses non silentii suspitionibus sed ambiguis responsis te miscere maluisset. et iuxta homericum iouem unum dixisse. alterum renuisse libera itaque me ex hac cura obsecro tuis litteris. Cogit enim clementia et pietas nostri principis ut confidam experientiam uero retroacti temporis ut diffidam. et ne irridear extimescam. neutrum michi cognitum est. unica tamen mentis mee consolatio est innocentia. Vale: ✕

P. candidus. Lampugnino virago salutem

Congratulor eloquentie tue Lampugnine eruditissime mirabiliter profecto melcasti hominem ut etiam sine barba uisco detineri queat. putoque si mandatis tuis obtemperarit futurum nobis risum sempiternum. Nichil legi iam priorem sic facetissime per scriptum ab ullo. Sed quid credis. putas ne insipientiam eius usque ad apicem illum ascensuram. Ego autem uel quod ita uelim. uel quod ita existimem ex probata eius uiri leuitate spero euenturum. quicquid risu dignum. antequam pactiones nostre dissoluantur. Ad quod me uel imprimis hortatur eloquentia tua. et quidam suauis dissensionis modus acrimoniam et sale mistus. tu illius extrema somnolentia et fatuitas mlectandi quicquid auet. Nouus profecto hoc aucupius et tamen autumnii tempestate ut arbitror. quia potissimum merule ad rete compelluntur. plura scriberem nisi me precoculus accepisset. Vale et nichil corrigendum puta ex te scriptum his in litteris nisi quod nimis eleganter scripte sunt. unum pene scribere oblitus sum. utrum ne illi persuadeas barbulam quamquam ad hunc actum. etiam si mutuo querenda sit habendam esse quo maior uerbis autoritas melle uideatur

Baptista de iacobo. p. candido salutem

Cum antea et lepissime. et pluribus uerbis ex grauissima uicia te doctissimum hominem ac eruditissimum esse cognouissem. tum uero postea quod isthinc discis. Ambrosius de uice malis adulescens et perhumanus ac doctus et tui studiosissimus qui cum me michi summa intercedit familiaritas in credibilem in iure administrando iustitiam in audientia facilitatem in omnibus rebus fidem pietatem singularem tuam michi amplissime demonstrauit. tuam preterea in consuetudine suauitatem in numerasque uirtutes atque eadem eximias addidit. id asserens se cum plus de tuis laudibus immortalibus dixisset quam posset minus tamen quam earum et cumulus et magnitudo postulet exposuisse. Quare fit ut me tibi doctissimum putem atque ita ut cui plus quam tibi me exbere estime habeam neminem me de hac societas studiorum conformitate animorum certe tibi conuictiorem facit. Sic igitur tibi persuadeas

uelim mi Candice tibi baptistam esse. qui nemini tuorum etiam singulari erga te fide et beniuolentiam in te colendo amantem obseruando ce-
dat quouet tibi uti et abuti tuo more liceat. Gratissimum itaque michi
feceris uir optime. si me illorum quos tibi scis esse coniunctissimos
gregi atque cumulo associaris. in eadem necessitudinemque tuam acce-
peris. ut si abste factum intellexero nichil erit quod michi gratius fu-
turum sit. itaque facias te etiam ac etiam rogo uehementer. plura
me ad te in presentiarum scribere occupationum meorum magni-
tudo prohibet. et hoc quod antedictum est ad meum animum. apud
te testatum satis esse relinquendum arbitror a quo cum per occium
licebit. crebris expectato litteris. Vale totius artis oratorie lumen.
atque decus immortale. et aliquando ad baptistam tuum si id fieri mei
in te beniuolentia non uulgaris postulare uidebitur. litterarum dato
quodpiam quo mei absentis desiderium leuiatur: X

P. Candice. baptiste de Jacobo. Salutem.

Olate sunt michi iocundissime littere tue baptista mi que eo
gratiores michi fuere quo in expectatione accesserunt est enim
quicquid imeditatum nobis euenit. aut ipsa felicitate gratius.
aut calamitate inopina difficilius adferendum. inde illud euripe-
dis futuras mecum commentabar miseria. aut mortem acerbam
aut exiliu meam fugam aut aliquam molem semper meditabar
mali ne me improuulum cura laceraret repens. putat enim uir
doctissimus omnia prouisa fore leuora. Itaque fortune letiora cona-
etiam si repentina sunt. augent hilaritatem. tue itaque littere ex
ipsa in expectatione mirum in modum apud me gratiam auxerunt
Et si nulla in me aut certe modica facultas earum rerum inesse
uideatur quas ex abundantia sua humanitate Ambrosius noster
uice mala tibi retulit cum is omnium amantium communis error
sit plures amici rem facere quam oporteat tuam tamen erga me uolu-
tatem non dispicio quinimo plurimi eam fatio. Scio enim quan-
ta inter eos beniuolentia esse solet. quorum et si uita non dispares
tamen sunt opiniones aut dissimilia iudicia. Neque certe hoc nouum
et multatum est. ut homines permoti uirtutis alicuius. aut ex
re me fama singularis. non litteris modo sed longissimis itineribus
ac difficillimis amicitiam cum eo iungere niterentur. siquidem ut
sapientissimus uiris maioribus nostris memorie proditus accepi-
mus. hercules fama theseum ad eius amicitiam et uite imitationem
esse compulsum. et perithoum uirtute thesei exatatum. etiam in
cognitum diligere cecepisse. et post cum illo amicitiam et societate
rem omnium coniunxisse possem alios commemorare complures.
et quidem prestanti sapientia uiros. qui remotissimas regiones ami-
cicie in eundem gratia obierunt. quos omittam. ne longior sum in
scribendo. Nec enim tibi persuaderi uelim. me talem esse ad cuius

• Euripides •

• Hercules •
• Theseus •
• Perithous •

beniuolentiam appetendam magnopere sit concurrendum. sed ut
incognitam michi non existimes honorum affectionem et caritatem
in promerendis optimorum uirorum familiaritatibus que si ulla
in me est amantissime frater. eam tibi libenti animo polliceor ut et
me uti. et comodis meis eque frui possis. ac si unus et idem mecum esses
non animo solum. sed necessitudine cognatione familiaritate affi-
nitatibus coniunctus. Vale

p. candidus michaeli pigolpasso salutem

M At utine ad me nec secus ut homericæ græues aduolarunt eple-
tue. referte quidem optimis institutis et preceptis non autem
litem afferentes ut ille inquit. Quibus ut breuiter satisfacias
hec habeto. Ego michael mi nullas in philelphum inuectiua sub
alieno aut meo nomine edidi. unquam licet ab eolacessitus turpissimis
uerbis. etiam turpioribus uerbis laceratus. didiceram enim a pla-
tone meo neminem ledere etiam laceratus iniuria. Nam ut ille po-
licie tue libro sexto ex ore socratis elegantissime inquit non enim ad-
uere entia mentem adhibenti ad hominum uacat negotia respicere.
ac ab illis discidenti inuidia simul furorq; repleti uerum ad dispo-
sita quedam ac eorum modo se semper habentia intuenti. et que nulli
inferant iniuriam. aut ab illo patiantur. sed ornate et ratione diri-
gantur. ea potius imitari ac illis se simillimuz efficere. Itaq; ualeat
inuectiue. Nulle quippe a me sub poggi nomine sed a poggio sub
meo edite leguntur. de quibus plerumq; inter necessarios meos que-
stus sum utinam eas reuocare possem que tenera quondam etate
teneriori ingenio. quaq; indigne prouocatus emili. sed inter
cetera incommoda hæc uel maximuz inuenilis etas experitur. ut ne-
mini credat nisi cum ad malorum cumulum penitentie stimulu
adicitur. Si qua tecum hæc tempore in eplis aliqui liberius elacutus
sum. ad iocum relaxande mentis gratia retuli. qui iuxta ciceronez
meum ab elegantia et urbanitate non discederet. Quo in genere
ut ille inquit non modo plantus et antiqua comedia. sed etiam phi-
losophorum socraticorum libri referti sunt. Quamobrem nichil
opus est. aut tua. aut alterius monitione. didici enim iam ex me lo-
nus esse ut homericus gaudet hector. laudatq; ut philelphus idem
agat plus enim et laudis et utilitatis ex bona uita consequetur qm
ex omni stude litterarum. nichil preter calumnias honorum pre-
ferentiu. Instrumenta quidem uirtutis litte sunt. que si mouer-
lum opus exercetur. non solum fatigant autorem. sed uim propri-
am amittunt. et pro splendore in uultus agentiu tenebras effun-
dunt. Vale. ∞

p. candidus lancilotto cruuelo salutem

L Ancilotte mi solent homines non omnino incedi cum errauerit
aliquando et ab eruditis uiris reprehenduntur illorum monitis

. plato .

acquiescere ac eis gratias referre. Stulti autem et incocti ut greculus tuus est excantescere ac latrare sine itaq; ut obloquatur et scribet quantum libet habet enim amplum instrumentum propagande stulticie sue. Vale.

p. candidus Nicoloso pte salutem

Respondurus tuis litteris imprimis rem meam breuiter expediam certum reddidi Jacobum nostrum post responsum habitum a primice cum prouisionem aliunde transferendam suaderet. nil utilitatis me sumpturum esse. in additio certa fieret Itaq; ad principem de nouo recurrendum fore dixit seq; hanc curam meo nomine sumptuz liberalissime promisit. Habes que ad Jacobum uel ad me potius pertineant in cuius benignitate potissime confido. Sola temporum conditio me dehortatur et terret. ita ut uix sperem quippiam utilitatis in hac re consequi posse. Symoninus yghinus uir iudicio meo optimus. et amicus singularis nec ex temporum conditione solitus pendere pollicitus est apud Jacobum eundem omnem sollicitudinem curam adhibere. Quod exequetur scio. quo ad poterit. Intelligis. quo in statu sim. nichil in rerum humanarum instabilitate. curia ipa mobilis nichil fragilius si queris quid cupiam hoc unuz ut conditio mea quouis modo comoditate temporis adhibita principi nostro nota sit et dem uoluntas eius exequatur. Non possum adduci ut credam prouidentissimuz principem sic male mereri de suis. ut delictorum penas duntaxat examinet. meritorum premia nulla largiatur. Itaq; in hac causa nichil est quod a te prius exigam. Nicolose mi. qm ut amici animum michi prestes. operam fidem solitam adhibeas cum Symonino presertim meo. si acriter. per te enim que agenda erunt facillime dignoscas. et ut se se res dabunt in sinuabis diligentie tue modum unum oro ut apud Jacobum. et ceteros si qui uidebuntur. testis sine innocentie mee. nulla ex causa me curam non sequi. nisi in potentia illa que cum omnibus iam pricem nota esset. nunc ut puto notissima facta est. Hec quo ad me. nunc ad te et littas tuas redeo. michi iocundissimas non est quod adulatoris uicem extimescas. Amo te. non uereor fideleq; itaq; iudicium prestabo. Habes dicendi modum faciliorem quidem a natura q; ab arte. Nichil melius puto. qm ut commodissime scribas et loquaris. Quicquid in bucam uenerit ut eschilus inquit et cetero noster usurpauit proferamus accedant et magis elegantie dicendi stilo tuo. qm accersantur sic facile quicquid uolueris efficias. Necessesse est tamen uel imprimis aliquem habere cuius modum imiteris. Scioplerosq; dicturos nullum Cicerone et meliorem posse reperiri. At ego uincuiq; nature sue accomoda qm maxime imitanda esse cenleo dum modo laude et imitatione digna sint Si manus me diuinare hortor ut agellium aut plimuz sequaris facile te illis et stilo et ore coaptabis. sic enim michi spontet oratio tua cetero noster ut facilis ad imitandum sic difficilis ad conseruan-

• Eschilus •

• De Cicerone no •

dum longiorem dicendi modum reddi solet in his qui a natura leui-
 res et teneriores sunt ad dicendum ut te ipm iudico magis q̄ illius #
 imitatio stilum coartat qm̄ effundit et liberum animi impetum se-
 pe numero coeret et coarctat. Hec in me expertus tibi consulo. Multus
 tibi conferet assidua et frequens lectio. scriptio non itidem nisi cum
 animus ultro ad eam promouetur. nec artatur ad scribendum. sed ac-
 cedit et inuentione aliqua iocunda potius q̄ subtili celectatur tunc
 enim per se ingenium ad stilum confirmatur. et ueluti neruos quos-
 dam oris adsumit. ut facilius subinde laborem ferat et patiat. Hec
 tibi amice rectissime potius ut morem gererem uoluntati tue
 scripsisse libuit. qm̄ ut te comone facerem. aut excitarem cetera
 in presentia loquemur. Vale: ✠

p. candidus. Nicoloso p̄te salutem

Luxo sententiam tuam rectissime frater parendum est enim
 consuetudini et ingenio principis ut ais. Sed ut explicando
 difficultas quedam michi obicitur. ne dum de tota uita delibe-
 rare debeamus partes consecremur. Nam exigendi Callarū ampho-
 ris que occasio esse potest his temporibus in quibus etiam necessaria
 difficillime obtinentur. inopia ut puto herulis erarij. demde que
 poscendi honestas apud eum esse poterit qui nichil agat. nulli rei
 utilis sit. sed clementia quadam potius alatur non utilitate illa sui
 principis. dicam itaq̄ quid michi potissimum uideatur hac in causa.
 in qua fortassis errauiero comuni imputetur errori. Notum est enim
 unumquemq̄ in aliena magis re uidere qm̄ in propria puta et si
 omnes ignorent non ignotum esse principi nostro. utrum tibi con-
 gruatur seruicium persone mee aut omnino sit in utile. Ex his alter
 concedens et honestum est ut si utilis sim in re ulla. pro sua dignita-
 te exercear. et michi talis prouisio fiat ut ad id ad quod utilis inuen-
 tus sum possim permanere. nec cogitatio ad querelas et quidem ius-
 tas cogar emigrare. Sin inutilis omnino sim ita fiat ut nec tibi
 aut ceteris deinceps grauis sim futurus. Alioquin omnis Callarū
 spes futihs et pro nichilo habenda est. Nosti curie mores. optime
 enim ab eo. siue a natura ingenio ornatus es. Nullus amor durat
 nisi fructus seruet amorem. Hec est sententia mea in qua si qd
 ex sua humanitate prodesse potest noster Jacobus. queso tuas uerbis
 meo nomine exoratus sit. Vale: ✠

p. candidus Nicoloso p̄te salutem

Disputas subtiliter quidem et eleganter aliena in re amicissime
 et rectissime uir. utinam sic facilius que cupis posses efficere.
 nichil negotio meo expeditius. nichil factu facilius. arbitrarer
 Ceterum non in uerbis sed in rebus disputatio omnis ista consistit.
 Quis enim tam alienus est ab omni humanitate. qui laborem p̄mo
 anteponat. curas malit qm̄ comoda. sed non satis huic aule nre

dicam an consuetudini conuenire uideatur. eos pecunia uiuare. his pre-
sertim temporibus. qui nichil agant cum agentes etiam plerumque
transmittat et negligat. Itaque honestatem pretuli eamque consuetudini
nostre aptiorem fore existimaui. Tu uero his in rebus me longe doctior
et expertior. ea intelligis. que si premissis non leuora modo. sed principi-
pis etiam uoluntati aptiora sunt ut predicis. nichil malim quam iudi-
cium tuum sequi. sed uereor ne omnis disputatio nostra uana sit. et cum
neutrum fieri possit ad tertium denuo sit decurrendum nichilque affera-
mus plus una sententia. Habes iudicium meum. non alienum uolun-
tati tue tu modo euitare. ut opera iudicio ita congruat ut quam rectissime
sensisse uideatur. Vale

Ioannis crivellus p. candido salutem

EMulatus sum pericie tue Candide quam maxime ex grecarum lit-
tearum cognitione te adeptum esse cognoui laudatamque apprimae
eplis tuis scientiam te non minus quam uerbis. apud te ualere in-
telligo. qua egregie insignitus diuina tua opera posteritati comendas
unum hoc autem precipue ex te didici ut neque latina intelligere quis-
quam grecis ignoratis litteris ualeat. Quarum supra modum elegan-
tiam tollis. Enim uero probatis omnibus tuis credidi nichil amplius
hesitans tanto fretus testimonio. ea te re cum euilem uis studiis operaz
dare in animo esset. me ad demetriuz grecum contuli. uirtum quippe
multorum. ac certe sapientuz iudicio et scientia et rerum experientia
insignem quo preceptore usus nonnulla tantem ex his litteris tui di-
menta suscepi. cupiens itaque eorum que didicissem periculum facere
eplam quandam gloriosissimi iohannis chrisostomi aggressus eam
e greco sermone in latinum uerti. traductamque ad te unum etate mea
grece latineque lingue doctissimum mittere institui filius humanita-
te tua. ut et errata corrigeres. eliminatamque arbitrato tuo redderes
planiorem. Quid multa peritissimum te te et equissimum omnium
si dignatus fueris in correctorem delegi cuius doctrina fieri doctior
uelim tu ita missam ad te eplam cum uideris propositi nostri iudi-
cium sumens. obsecro ut boni preceptoris officium geras debitumque
tibi tiroinem tua milicia instruas. Et uale latini

**Iohannis chrisostomi archiepi Constantinopolitani in exiliuz
missi. epli ad cyriacum episcopum et ipm exulem consolatio
in greco in latinum reducta feliciter**

Age nunc iterum hauriam anxietatis saniem et effundam hoc
cogitatus. nebularum in modum glomeratos. Quid enim est
quo contristaris et meres. Quia grauis est hiems et leua nau-
fragia que ecclesiam oppresserunt. hoc scio et ego neque contradicet quisquam
si uelis horum tibi fingam imaginem. mare uisum est ab ipsa abisso
deorsum funditus reuolutum. Nautisque eius debitas remis et clauoz

Demetrius

A fructibus eorum cognoscetis
eos. 2. a Vocabulorum
imperitate quod est ne
quod grecum neque latine scire.

regimini manus gemibus circumflectere et ob tempestatem desperatione deficere. Quibus non celum uideri datur. non terra nec pelagus sed super strata nauis deserti plangentes desilent. Et hec quippe in mari accidunt. Nunc autem in nostro mari peior est perturbatio et peiores fluctus. Sed roga comunum nostrum cristum. qui non arte procellas superat sed nutu dissoluit turbines. Quod si et tu sepe rogasti neque exauditus est non desperes. hanc consuetudinem emig seruat dilector hominum deus neque enim non poterat ille tres pueros tueri. ne in fornacem ignis ardentem cadentem. Sed ubi captiui fuerunt. quando ad barbarorum regionem eieci et paterna hereditate priuati a cunctisq; deserti sunt nichilq; superstiti reliquum tunc subito cristus uerus deus miraculoso opere dispersit ignem. Non ferens enim ignis iustorum uirtutem exilit foras et exulsi quotquot erant circa fornacem calceorum Ecclesia ergo illa fuit fornax. et inuocabunt pueri creata omnia. uisibiliaq; et inuisibilia angelos et potestates sicq; omnia colligentes dicebant benedicite omnia opera domini domino. iudeus quomodo sanctorum patientia et ignem core mutauit et tyrannus conuertit qui in omni orbem scribens literas dicit magnus deus Syrach. Misach. et abdenago. Et aerb ecce acerbitatem quandam imposuit. ut si quis uerbum dixerit contra eos proscrubatur eius domus. et ipsius bona prede data sint. Non igitur pusillanimis esto. neque mente deficias. Et enim uero ego quando a ciuitate expellebar nichil istorum curabam sed dicebam in mersio. Si quidem uult imperatrix me in exilium dare. in exilium dabit domini est terra et plenitudo eius. Si resicere uoluerit resicabit ysaam habeo in exemplum. si in pelagus proici iusserit sonam remiuiscor. Si in fornacem uelit mittere. tres pueros habeo hoc pallos si me uult bestiis obicere daniellem memini in fouea cum leonibus positum si me lapidare uoluerit lapidabit stephanus mecum est prothomartir. si uult caput tollere tollat iohannem baptistam habeo si bona auferre uelit auferat ea. Nudus exiui de uentre matris mee nudus et recedam monet me apostolus dicens faciem hominis deus non accipit. et si hominibus placerem xpi seruus non utiq; essem armat et me dauid in quies loquebar in conspectu Regum et non erubesceram. multa contra me fixerunt et dicunt quoniam aliquibus concaui postqm comedissent et si quidem hoc feci deleatur nomen meum de libro eporum. et non inscribatur in libro orthodoxe fidei. Nam si quid unqm huiusmodi ego feci. et eiceret me cristus de regno suo. Si autem omnino et hoc michi obicentes contendunt condemnent et paulum qui facta cena in te gratia dominum baptigauit. condemnent et ipsum cristum. qui post cenam aplos comunione prebuit. dicunt qm cum muliere concubui enudate michi corpus membrorum q; meorum mortifica

Isaias.
Jonas.
Trespueri.
Daniel.
Stephanus.
Iohannes baptista.
Iob.
Aplius.
Dauid

paulus
cristus

nonem inuenientis. Sed hec omnia propter inuidiam fecere. nimirum autem
 contristatis. o Ciriace frater qd n. qui nos in exilium detulerunt securi sup
 forum ambulans stipatorum multitudinem circumsepti. sed iterum re
 cordare diuitem et lagarium. quis eorum quidem in presenti seculo an
 gustias passus sit. quis uero gaudium fuerit. qui ei nouit paupertatis.
 Nunquid sicut athleta. et uictor in sinum abrahe delatus est. Quid autem
 profuerunt illi diuitie qui in purpura et bisso dissolutus est. ubi iu
 gati. ubi satellites. ubi in frenis aureis equus. Vbi parati et regal
 mensa. Nunquid tanq latro uinctus ducebatur in monumentum
 inuicam animam de mundo efferens. et clamat inani uox pater abra
 ham. Mitte lagarium ut irriget extremum digiti et refrigeret michi
 linguam. frigebatur enim uehementissime. ut quid patrem uocas
 abraham cuius uitam imitatus non es. ille omnes homines in ipius
 comitibus hospitabatur. Tu autem nullius unquam pauperis curam egisti
 Nunquid flendum est et lugendum ut qui tantas diuitias possideret
 gutta aque dignus non fuerit. Quia enim de micis pauperi non par
 ticipauit guttam aque non accipit. In hieme non seminauit mise
 ricordiam. estas uenit et non messus est et hec est communi institutio
 quoniam in conspectum dedit perditionem impijs et retributionem
 iustis. ut respiciant alterutrum et alterutrum cognoscant. et enim
 tunc quilibet martir proprius tyrannum intuebitur. et tyrannus
 quilibet martirem suam. quem afflixit. Et hec non mea uerba. au
 di sapientem dicentem. tunc in magna fiducia stabit iustus ad fa
 ciem tribulantium se. Sicut enim uator in calore perambulans
 qui siti extuat. clarum inueniat fontem et magna fame detentus
 iuxta mentem sedeat. cunctis repletam cibarijs. ab aliquo autem po
 tentiore prohibeatur mensam attingere et sumere fercula. dolet
 plurimum et torquetur. quoniam iuxta mensam lectens escauz
 potiri nequeat. et qui secus fontem sedit aqua frui non possit. sic
 in die iudicij aspiciunt impij congaudentes linctos. et regali mensa
 frui non possunt. bona solum uiuentes. quibus potiri non ualeant.
 Et enim adam affligere uolens deus fecit eum ante paradysum terra
 colere. ut qualibet hora regionem illam optatam intuens unde exie
 rat. colorem pateretur in anima. Sic et nos. si hic una esse non possu
 mus. ibidem autem nullus est prohibens nos tunc inuicem conuer
 sati et iudicemus in exilijs dantes nos. sicut lagarius diuitem et
 martires tyrannos suos. non ergo desperes. si recordaris prophete vi
 centis. sublimationem hominuz ne timueritis et eorum despectio
 ne non uincamini. sicut enim lana subtinea sic rocentur. et tan
 qm uestis mueterescent. Anima aduerte autem et dominuz. quomo
 do mox ab incunabibus persecutionem paciebatur et ad barbaram
 terram pellebatur qui est mundum tenens. exemplum nobis fue
 rit ut non molesti simus in temptationibus. Recordare passiones

. Diues et
 . Lagarius .

. Verba philonis .

. Dies iudicij .

. Adam .

passiones xpi.

petrus et
Judas.

Simon cornarius.

Saluatoris . quot iniurias propter nos sustinuerit . Quidam enim eum
 Samaritanum uocabant . Alii autem demonia habentem alii gulosum
 et pseudo prophetam . dicunt enim ecce homo edax et potator . et q̄ in
 principe totinum eicit demonia . Quid cum deducere eum suspen-
 dere et in faciem eius spuebant . et alapas ei dabant . Quid etiam
 cum acetum et fel ei potare darent . et cum harundine caput eius
 percutiebant . Quid etiam quan̄ clamorem amiciebant . et eum spi-
 nis coronabant et procedentes ei illudebant omnem spem uisionis
 in illum inferentes . et cum circumducerent eum sanguinari illi ca-
 nes . et quando in passione nudus ducebatur . et ipm̄ omnes dereliq-
 runt discipuli . quorum quidem unus negauit . alter tradidit . Ceteri
 autem fugiebant . et solus stabat nudus in medio turbe illius . festus
 enim fuit quod tunc omnes congregabant . et quia tanqm̄ nephari-
 um in medio malefactorum eum crucifixerunt et in sepulchro
 pendebat . Et neq̄ a cruce deposuerunt usq̄ quo eum quidam exqui-
 siuit ut sepeliret quoniam sepulchro dignus non fuit . et quia cul-
 pam malam aduersus eum exposuerunt . et quoniam discipuli eius
 furati sunt eum et non surrexit . Recordare autem apostolos ite-
 rum quoniam ubiq̄ persecutionem patiebantur et abscondebant
 in ciuitatibus palam esse nequeunt . quomodo petrus ad symone
 cornariu subterfugiebat . paulus iuxta uenditricem purpure mu-
 lierem . qm̄ non erat illis apud diuites fiducia . postea omnia plana
 facta sunt eis . Sic et iam non desperes . audiui enim et ego de conui-
 ciatore illo . Nectario . quem constituit Imperatrix in throno quo-
 niam excruciauit fratres et uirgines nolentes sibi conicere multi
 etiam eorum propter me et in carcere defuncti sunt . Et enim in
 specie eius lupus ille rapax colorem quidem seruat episcopi . adulter
 autem existit . Sicut enim mulier adultera est . que uiuente ma-
 rito alteri copulata sit . sic et ipse adulter est non carnis sed sp̄s .
 uiuente et enim me thronum ecclesie mee rapuit et hec siquidem
 tibi scripsi a cuculo cilicie ubi mandauit nos Imperatrix exilium
 pati multa in uia passi sumus sed nulli curam facimus . Cum aut
 ad regionem Capadocum uenimus . et in taurocilicia . chorree . chor-
 ree nobis obuiabant patrum sanctorum uirorum . ad hoc et multi-
 tudines monachorum et uirginu lacrimarum immortales effunde-
 tes riuos . Et flebant dum aspicerent nos euntes in exiliu et ad se
 ipsos dicebant . prestaret solem radios suos obumbrare qm̄ silet os
 iohannis . hec me perturbauerunt . et anxium reddiderunt quia cir-
 ca me flentes omnes intuebar . dum aliorum curam non fecimus
 Valde autem nos benigne suscepit ep̄s ciuitatis illius multamq̄
 ostendit in nos dilectionem ut si possibile est in throno suo nobis
 cederet . si non legem obseruare teneremur . Deprecor autem et sup-
 plico tui etiam tangendo genua . Eice luctum desperationis . pro

nobis memoriam habens apud deum. Et rescribere digneris.

P. candidus lodovico crivello salutem

Laudavi curam et industriam tuam quod cum me grecis litteris operam dedisse intelligeres non destitisti a tam insigni ac preclaro labore tuo. Quid enim melius aut utilius potes agere hac presertim potestate tempestate in qua Juuentus omnis aut ocio languet aut inertia plerique etiam qui se pluris haberi uolunt ea studia conlectantur ex quibus auaricie tabes ac omnis turpitudine questus exuberat. itaque paucissimi uirtutem consequuntur. eamque ut simulacrum quoddam opinione magis et fama quam ueritate multipliciunt. Quid dicam de his quibus omne doctrinae genus adeo inuisum est. ut se tum maxime scire opinantur cum litteras euertunt. et si quos in his uersari intelligant calumnijs damnisque persequantur. itaque uetus apud nos chrisostomi querela est. et que non exilio solum sed nec et supplicio plecti soleat. Quamobrem laudandum est studium tuum. laudanda cura. et eo magis quo ignotior antea michi fueras. nunc subita quasi felicitate prodisti. Ita enim fieri consuevit in rebus humanis ut et ea que habere te credas non habeas. et que consequi non putes inuenias gratis itaque uberrimas tibi refero lodovici prudentissime pro tam insigni munere in me tuo pleniores tamen habiturus. si que accepisti bonarum artium et humanitatis studia non deseras. Vale.

P. candidus Lampugnino birago salutem

Queris a me que causa potissimum platonem excitauit ad conscribendos hos decem politici libros a nullo redditam hucusque. cum ab his maxime explicanda foret. qui ciceronis libros de re publica cum ipsis contulerunt. adicis mihi super id imprimis michi conuenire qui illos e grecis litteris Latinos fecerim. Assentior itaque uoluntati tue et que exigis breuissime explicabo. platonem quidem tale ac tantam tantoque ordine rem publicam stabilisse prima fronte nulla alia ratione considero. quam quod aristocraticam atheniensem forte maiorum auspicijs atque legibus conditam politicam ad timocraticam demum ad oligarchicam. et subinde crescente in dies malicia ad democraticam. et iam ipsius ad tyrannidem temporibus uiderat peruenisse. Quod quidem egre ferens patrie urbis statum et iusticie cuius semper fruentissimis zelator extiterat miseratus excidium tanquam egro corpori et iam morti iam proximo medicam manum apponere cogitauit. ut et si ciuium suorum mentes longa in eruditionis consuetudine deflectere non ualeret saltem ad immaniora procecare. auorta ratione congrua ueterentur. aut boni et decori imagine. ipsi ceterique populi ad utilia honestaque regimina. firmatis bonis moribus atque legibus electerentur. In hac enim sue rei publice dispositione. iusticiam eiusque operatores potissime menda

imo fuit. d. Vbert
december pat. aug.

to hominumq; pectoribus infundendo. cuius obseruancia pretemissa
nil sincerum nil ualidum neq; stabile diutius asserit permanere. ipsius
custodibus rei publicaeq; seruatoribus post humana suffragia. exacta
uita corpora. multo plura et diuturniora uite alterius premia polli
cet. alto ingenio. summaq; uerborum ac sententiarum uenustate haec
omnia in ipis pollicie libris profundissime. ore sacratissimo differendo cur
non solum in his. sed in alijs libris suis sermone dialogico ut facilius
ueritas uideretur. Sacratem eius preceptorem utrumq; doctissimu sem
per mouerit disputantem. Habes opinionem meam confirmatam
uerbis doctissimi genitoris mei uberti decembris exceptamq; emente
preceptoris sui Emanuels crisolore quo nemo doctior etate nostra aut
sapientior est habitus. Vale : ∞

p. candidus fratri antonio Raudensi theologo salutem

Spenumero mecum queri soles et mala. Antoni doctissime dum
mundanarum rerum uolubilitatem fragilitatemq; consideras
et merito. quis enim non doleat tanta instabilitate uerti omnia
ut nichil in certitudine certius sit in rebus humanis misere nunc me
liber prios. pone ordine uites ipse cum multa perpessus sim a mini
mis tamen querimoniam incipiam et iuxta quintilianam oratoris morem
inter opus meos defleam. Johannes noster qui tot per annos a puericia
usq; mecum in nutritus nunq; a fide. aut caritate solita defecerat. sub
ita correptus ualitudine nulla humana ope. nullo ingenio diutius in
uita seruari potuit abiit itaq; ad celum ut existimo. si fide. pietate. inno
centia. iter in celum struitur michi tamen desiderandus et querendus
qui illum diutius expertus summe diligebam. auxerat enim beniuolen
tiam consuetudo ut leuius inquit nulli michi peregrinatio sine illo.
nullus labor nullum periculum nichil preterea iduendi. nichil grati.
nulla confabulatio. nullum demiq; studiuz absente illo fuerat. Equi
rat se hero suo beniuolentia et caritate. cum seruitio. et moustria es
set inferior. huius igitur presentiam ut iocunde tuli Raudensis op
tine. ita absentiam permolesto fero. cogito enim quo amico. quo seruo ca
ream. quanto munere. quanta demq; utilitate priuatus sim qm dif
ficile multis annis. acquiratur. q unico momento amitti soleat. Illu
tamen. quo ad licet mente et imaginatione complector. haec solum a
micicie prestari posse ab amico scio. haec solum fidei monumentum
supresse. nec delere memoriam nostrorum mortem. etiam si que
amauimus abstulerit. Eulogiu itaq; quod in eius memoriam edi
cleram ad te mitto. ut scias quid a me petat ille. quidq; ipse uotis suis
prestare. Valeam : ∞

Canode dum uiuis cari memor esto clientis
Sum tuus. atq; tue mereor cognomina gentis

Quintilianus.

lib. 1. c. 1. p. 1.


Ne dubitate mente geram. te uoce Johannes
Clara tui pietas. Stigios non perferet amnes

Isid. pedagogia

P. candidus Symonino gigliano salutem

Video nullum finem nugis meis superesse. mihi quem ipse fecero Symonine mi tanta quippe suauitas est inter amicos colloquendi. ut plerique dum iocundi dici cupiunt importuni habeantur. Erat autem michi dulce. non solum preterita memoria repetere et que egissem meo recensere sed tecum loqui. et presentium merorem preteritorum non in iocunda recordatione consolari. Quamquam quid iocundum esse potest ea in uita. in qua nichil certi. nichil ueri. sed omnia fortune et calibus subiecta sunt. Ego dum hoc mutari dico. ut Anneus inquit mutatus sum. modo iuuenis. nunc uir statim senex si modo senescere datum sit nec amicitia aut facultatibus saturatus in eorum temporum sortem incidi. ut uel amicorum casus. uel meos ipse cogar consolari ut cumque tamen eant res non indigne laturos sumus. que mundi necessitas nobis imperat. Nam si patriam deserere cogemur non multi deseremus si uitam non migrati. gaudebimusque non amicus solum. sed nobis ipsis fidem prestasse. itaque leto animo aduersos casus pertuli et eorum consuetudine priuatus. que iocunda haberi solent. se penumero me ipsum consolatus sum nec minus amicus meis quam michi ipsi amorem pietatemque seruaui. Amauimus igitur uirtutem tuam Symonine mi. et quoad uita superest. amabimus tibi que dignas gratias hoc opere referimus. uberores relaturos que feliciora tempora se obtulerint uotis nostris. Vale. feliciter. X

Anneus Seneca.



[Faint, mostly illegible text in a Gothic script, likely a Latin document or manuscript page.]

[A faint, illegible signature or scribble.]



179 folios



